referendũ est ad signa diuisiua: q2 ſm talia ſm eũ fit diui
sio: sed hac diuisione facta non remanẽt nisi corpora indi
uisibilia. g̃ indiuisibilia corpa sunt ꝑncipia oĩum corpoꝝ
cũ ad ea fiat resolutio oĩum corpaliuz: in ꝑdicta aũt rõne
duo videntur esse dubia. vz. ꝑmum nõ esse inconueniens
ponere corpus esse simul actu diuisum ſm vnumquodq;
signũ. ⁊ scđo ꝙ tali diuisione facta iret resolutio ad corpo
ra indiuisibilia. His declaratis vr̃ sufficienter argui corpa
indiuisibilia esse alioꝝ corpoꝝ principia postq̃ ad ea stat
vltimo resolutio oĩum alioꝝ. Diuidit ergo phs ps i duas
partes: primo oñditur quõ Demo. ꝓbabat nõ esse incõue
niens corpus esse simul actu diuisum ſm vnũqđq; signũ.
scđo manifestat quõ oñdebat ꝙ tali diuisiõe facta stabat
diuisio ad corpora diuisibilia. scđa ps ibi. (Qm̃ ergo oĩo
tale.) Circa ꝑmum duo facit ſm qđ duplr̃ probat non esse
incõueniens ponere corpus esse actu diuisum ſm qđcũq;
signum. scđa pars ibi (Quapp ⁊ ſm medium.) Dicit g̃ ꝙ
hz questionem rationabilem dictum democriti: q2 siquis
ponat corpus ⁊ magnitudinez diuisibilẽ passim: ⁊ ſm qđ
cũq; signũ: q2 hoc est possibile si ponatur in esse quid erit
qđ diuisionem effugiat. hoc ergo posito nihil remanebit
diuisibile. est ergo vis rationis ꝙ q2 non est inconueniens
possibile poni iesse si corpus est omnino diuisibile ⁊ hoc ẽ
possibile non est inconueniens ꝙ simul sit hoc passum ⁊ si
mul sit hoc actu diuisum: nam etsi simul non diuidatur:
tamen ⁊ si hoc fieret ⁊ poneret in esse nõ sequeretur tñ im
possibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter ⁊ ſm mediũ similiter: ⁊ vni
uersaliter aũt si omnino in actu est diuisibi
le: ⁊ si diuidatur nullum erit impossibile na
scens: qm̃ neq; si in mille milia diuisa fuerit
nullũ impossibile ⁊ si nullus vtiq; diuidat.

¶ Adducit scđam rõnem: nam qua rõne corpus est diuisi
bile ſm mediũ signũ si ponat supple actu diuisuz ſm tale
signũ non sequitur incõueniens: silr̃ ergo ⁊ pari ratione: si
est corpus vniuersaliter diuisibile: aut si est omnino inna
tum esse diuisibile si diuidatur supple omnino vt est natũ
diuidi nullũ erit impoẽ nascens: nam sicut neq; si in mille
milia priũ diuisa fuerint corpora nullũ impossibile nascet
inde: lz vtiq; nullus ea diuidat: ita ex quo ponunt oĩo di

uisibilia si ponantur ꝫm omnia signa diuisiua si ponantur omnino sic actu diuisa non erit inconueniens: licet nõ omnino actu diuidantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam ergo omnino tale corpus. diuidatur. quid ergo erit reliquum? magnitudo: non erit possibile erit enim quid non diuisum. erat autem omnino diuisibile.

¶ Ostenso non esse inconueniẽs ponere corpus esse actu diuisum ꝫm omne signum: tum q2 possibili posito in esse nõ sequitur inde inconueniẽs: tum q2 qua rõne potest poni actu esse diuisum ꝫm vnum signum: pari ratione põt poni esse diuisum ꝫm omne signuꝫ. In parte ista adducitur ratio Democriti qua videbatur ostẽdere ꝙ hac diuisione facta stabat resolutio ad corpora indiuisibilia. erat autẽ ratio sua talis. diuiso corpore ꝫm vnũquodqꝫ signum qđ relinquitur ex diuisione. vel erunt magnitudines: diuisibiles: vel puncta: vel nihil: vel superficies vel passiones: vel corpora indiuisibilia: sed non est aliquod ꝓdictorum. relinquitur ergo esse corpora indiuisibilia. In hac autẽ ratione sic ꝓcedit: q2 ꝓmo ostẽdit ꝙ ex diuisiõe ꝓdicta non põt relinq aliquid aliud a corpibus indiuisibilibus. 2° q2 plato ꝛ vl'r oẽs mathematici videbantur resoluẽ corpora in superficies. superficies in lineas. lineas in puncta. ideo adducit plures rõnes ad ostendendum non posse corpa resolui in puncta. 3° recolligit succincte rõnẽ totam concludẽs talem diuisioneꝫ stare ad corpa diuisibilia. 2ª pars incipit ibi. (Amplius aũt vbi erãt.) 3ª ibi. (Quapropter si sic hꝫ manifestum.) Circa ꝓmũ quatuor facit. nam ꝓmo ostendit ꝙ ꝓdicta diuisio non stat ad magnitudines diuisibiles. 2° ꝙ nõ stat ad puncta vel ad nihil. tertio ꝙ nõ ad superficies. q̃rto ꝙ nõ ad passiones. 2ª ibi. (Sꝫ si nullũ erit.) 3ª ibi. (Sed ꝛ siqua diuisio.) 4ª ibi. (Si autem non est corpus.) ¶ Dicit ergo ꝓmo ꝙ si corpus est oĩno tale. i. omnino diuisibile. ponatur g° in esse ꝛ diuidatur. quid g° erit reliquũ facta tali diuisiõe erit poẽ ꝙ relinquatur magnitudo diuisibilis: q2 hoc posito erit corpus nõ diuisuꝫ oĩno cũ possit plus diuidi. erat autẽ vt dicebatur oĩno diuisibile ꝛ ponebatur supple oĩno actu diuisum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed si nullũ erit corpꝰ. neqꝫ magnitudo. diuisio aũt erit. aut ex pũctis. aut ꝛ sine diuisiõe ea erũt ex qbꝰ cõpositũ ẽ aut nihil oĩno.

¶ Ostenso nõ stare diuisionem ad magnitudines diuisibiles: ostendit ꝙ non stat: nec ad pũcta: nec ad nihil. ꝛ duo facit. q2 ꝓmo ꝓmittit quod intẽdit. 2° manifestat quod dixerat ibi. (Quapropter ꝛ generabitur.) Dicit ergo ꝙ si facta ꝓdicta diuisione nõ relinquitur aliquod corpꝰ diuisibile neqꝫ magnitudo. dices forte ꝙ diuisio erit: aut ex pũctis: ita ꝙ ea ex quibus est compositum corpus. erãt sine diuisione: q2 erãt pũcta indiuisibilia. aut forte dices ꝙ relictum ex diuisione non erit puncta: sed oĩno nihil: vtrũqꝫ autẽ istorũ est impossibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter ꝛ generabitur ex nihilo ꝛ erit corpus compositum ꝛ omne vtiqꝫ nihil et non erit existens sed apparens tantum.

¶ Probat neutrum ꝓdictorum esse poẽ. ideo duo facit. q2 p° ostendit ꝙ non põt stare diuisio ad nihil. scdo ꝙ nõ ad puncta ibi. (Similiter autem ꝛ si erit.) Dicit ergo ꝙ quia vt ex eisdem componitur aliquid in que diuiditur: si esset possibile corpa diuidi in nihil: generabitur corpus ex nihilo: ꝛ erit corpus compositum ex nihilo. ꝛ omne. i. ꝛ totuꝫ corpus erit vnum nihil: ꝛ non erit aliquid existens sed apparens tantum. ꝛ q2 hec sunt inconueniẽtia: inconueniẽs est corpus diuidi in nihil. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter autem ꝛ si erit ex punctis non erit quantum. quando enim tangebant se ꝛ vna erat magnitudo vel simul erant non faciebant maius omne. diuisio enĩ in duo vel plura. neqꝫ maius neqꝫ minus omne priore. quapropter: ꝛ si omnes componantur nullam facient magnitudinem.

¶ Ostẽdit stare diuisionẽ ad pũcta: q2 si erit diuisio ex pũctis corpus sic diuisum non erit quantum: q2 ex punctis nõ potest fieri magnitudo: quod sic ostenditur. q2 quãdo puncta tangebãt se. i. quãdo erat magnitudo ꝯtinua in q̃ puncta quodãmodo se tangebãt: q2 simul erãt: ꝛ vna magnitudo erat continẽs omnia illa pũcta. ꝛ oĩa illa puncta nõ faciebãt illud oẽ. i. illud totum corpus: siue illã totam magnitudinẽ esse aliquid maius. est ergo vis rõnis ꝙ: q2 oĩa pũcta existẽtia in magnitudine ꝯtinua nõ faciũt magnitudinẽ maiorẽ. iõ ex pũctis nõ põt fieri aliq̃ magnitudo. ꝙ aũt pũcta nihil augeãt pꝫ. nã in linea ꝯtinua nõ sũt nisi duo pũcta in actu: si tñ diuidatur fiẽt ibi plura pũcta in actu q̃ꝫ duo. si ergo puncta aliquid augerẽt: q2 in magnitudine diuisa sunt plura pũcta in actu q̃ꝫ in continua oẽs partes magnitudinis ꝯtinue simul sumpte essent plus q̃ꝫ suũ totũ: qđ erat iconueniens. g° q2 diuisio magnitudinis in duo vel in plura oẽs ptes magnitudinis simul sumpte nõ sunt neqꝫ maius: neqꝫ minꝰ. oẽ. i. tota priori magnitudine. ꝛ q2 p'alitas pũctorũ nihil auget: si omnes pũcti cõponãtur nullam faciũt magnitudinẽ. si igitur ex pũctis nõ põt fieri magnitudo sequitur ꝙ non possit diuidi in puncta: quod declarare volebamus. ¶ Deĩde cum dicit.

¶ Sꝫ ꝛ siqua diuisio quasi rasura fiet ex corpore: ꝛ sic ex magnitudine quidem corpus egrediatur idẽ ꝓmo illud aũt qũo diuisibile.

¶ Ostẽdit diuisionẽ corporis non posse stare ad supficies: q2 si fiat aliq̃ diuisio: ꝛ q̃si rasura. i. supficies que põt dici rasura: q2 est in extremo corpis: ꝛ ꝓmo videtur attingi rasorio. sed si hꝰ rasura ꝛ hꝰ superficies fiat de corpe vt ꝙ corpus resoluatur in supficies: q2 ex eisdem aliquid cõponitur in que resoluitur sequitur ꝙ corpus egrediatur. i. ꝙ corpus fiat ꝛ ꝯstituatur ex magnitudine vel ex dimẽsione vt hẽt alia lr'a. i. ex supficie que põt dici magnitudo ꝛ dimẽsio ꝫm lõgitudinem ꝛ latitudinẽ: lꝫ nõ sit magnitudo ꝫm profunditatẽ: sed si hoc ponatur ꝙ fiat corpus ex supficie: cum corpus sit magnitudo ꝫm ꝓfunditatẽ: ꝛ nõ supficies: erit idẽ ꝓmo q ꝓus: ꝛ dicemꝰ: id qđ ꝓus dicebamꝰ: videlicet qũo corpus quod est diuisibile ꝛ est magnitudo ꝫm ꝓfunditatem fiet supple ex nõ magnitudine ꝫm ꝓfunditatem. sequitur ergo icõueniẽs quod prius dicebatur. s. ex nõ magnitudine magnitudinẽ fieri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autẽ non est corpus sed spẽs aliqua segregabilis aũt passio quidem qua secessit.

¶ Ostẽdit nõ stare diuisioneꝫ ad passiones. ꝛ duo facit. ꝫm ꝙ dupliciter hoc probat. 2ª ratio ibi. (Et est magnitudo puncti.) Prima ratio talis. quod relinquitur ex diuisione nõ est corpus diuisibile: nec nihil: neqꝫ puncta nec superficies. sed si dices forte ꝙ est species aliqua: aut passio: sequitur iconueniens contra re. naꝫ cum ea in que diuiditur sint per se existentia: si in passiones divideretur corpus: passio secederet: ꝛ esset separabilis: ꝛ posset per se existere: quod est inconueniens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et est magnitudo pũcti vel ꝛ tactꝰ hꝫ patiẽtes inconueniẽs ꝛ ex nõ magnitudine esse.

¶ Adducit 2am rõnem que talis est. passioni de se non com

petit magnitudo. omnis enim passio per se loquēdo dicit quid īdiuisibile. vnde magnitudo eius est quasi magnitudo puncti siue magnitudo tacti: pꝛo eodem enim hic accipitur pūctus ꝛ tactus. dicitur enim punctus tactus: quia est ratio: quare linee se cōtingāt. Si ergo passioni nō competit magnitudo dicēs coꝛpus diuidi in passiones erit patiēs hic incōueniēs: videlicet ex nō magnitudine esse magnitudinem. cum dictum sit ex eisdem aliquid componi in que resoluitur. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Amplius autem vbi erūt immobiles aut mutati puncti.

¶ Quia videbaꝛ magis ratiōabile coꝛpoꝛa vltima resolui in pūcta. quia Platonici ꝛ mathematici hoc dicere videbātur. ideo adducit plures ratōes ad ostēdēdum hoc specialiter esse impossibile. ꝛ tria facit ſm qꝺ tres ratiōes adducit. 2ª ibi. (Tactus. n. semper.) 3ª ibi. (Amplius si diuidēs.) Ad euidētiam pꝛime ratiōis notādum ꝙ circa factionē magnitudis ex pūctis fuerūt duo modi dicēdi. qdam. n. posuerūt hoc esse per motuꝫ vt ꝙ pūctus motus facit lineā. linea mota supficiē. supficies mota coꝛpus. qdaꝫ vero dicebāt ꝙ absꝙ tali motu ꝛ absꝙ tali fluxu magnitudo fiebat ex pūctis. arguit ergo Democritus: ꝙ siue ponātur puncti mobiles siue mutati: si magnitudo diuidatur in pūcta erūt vbi. i. alicubi. qꝛ partes in quas diuiditur coꝛpus: opoꝛtet alicubi esse. sed pūctis nō potest cōpetere locus: cum locus sit quid q̄ꝫtum: ꝛ q̄ꝫtum nō possit adequari nō quāto: quia locus equatur locato: in puncta nō poterit diuidi coꝛpus. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Tactus enim semper est vnus duoꝛum quoꝛundam quasi ente altero pꝛeter tactuꝫ ꝛ diuisionem ꝛ punctuꝫ. Si vtiꝙ quis pꝛedictoꝛum ponet quodlibet aut quantitateꝫ aut coꝛpus omnino esse diuisibile hec contingunt.

¶ Ponit 2am ratiōem. nam sicut in agēte nāli est assignare quod agit ꝛ que est ratio agēdi. vt calidum agit: ꝛ caloꝛ est ratio agēdi: ꝛ id quod est ratio agēdi nō per se existit. vt caloꝛ nō est quid per se existēs: sed est existens in calido: quod est aliquid aliud excepto caloꝛe: sic in tāgente aliud est quod tāgit: aliud est ratio tāgēdi. naꝫ habētia vltima se tāgūt. ipsa vero vltima sūt ratio tāgendi: ꝛ ideo talia nō per se existūt: sed sunt in tāgentibus. punctus ergo qui potest dici pūctus tactus ꝛ diuisio. pūctus. n. dicitur inquātum est quid īdiuisibile. diuisio vero dicitur: quia semper super aliqua pūcta diuiditur linea. tactus autem nomiaꝛ inquātum est ratio quare se linee tāgunt. ꝛ quia talia. vt dictū est: nō possunt per se existere: cum ea in que diuiditur coꝛpus per se existāt. in pūcta nō poterit fieri talis diuisio. ideo ait ꝙ tactus. i. pūctus nunꝙ̄ supple per se existit: sed semper est vnus duoꝛum quoꝛūdam se tāgentium. i. semper est cuiusdam tāgentis. pūctus. n. est aliquid tangētis sicut passio est aliquid subi. vn̄ semper est in quodam tāgēte quasi ipso tāgente ente altero pꝛeter pūctum: qui dicitur tactus ꝛ diuisio. si ergo vtiꝙ quis pꝛedictoꝛum philosophoꝛum qꝺlibet siue quālibet magnitudinem vt coꝛpus: aut quātitas ponat esse oīno diuisibile ꝛ diuidi in pūcta: h̄ ipossibilia cōtingūt ei: qꝛ supple ponet pūcta per se existere cum nō possint per se esse. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Amplius si diuidens lignum compono aut quid aliud equaliter ꝛ vnum.

¶ Ponit tertiam rationem. qꝛ si aliquis diuidēs lignū vel aliqꝺ aliud coꝛpus ꝛ ponit singulas ptes: tūc omnes partes simꝛ sumpte sunt quid equale: ꝛ quasi quid vnuꝫ suo toti. sed pūcta nō possunt equari magnitudini. ergo in ea nō potest diuidi magnitudo. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Quapꝛopter si sic habet manifestum qm̄ ꝛ incido lignū scd̄m quodcūꝙ signū. oīno igitur diuisum est potestate. quid ergo erit p̄ter diuisionē. Si enim ꝛ est aliqua passio: sed quomodo in hec resoluuntur ꝛ generātur ex his. aut quomodo seperabūtur hec. Quapꝛopter si est impossibile ex tactibꝰ aut ex punctis magnitudinē esse necesse est coꝛpoꝛa indiuisibilia esse magnitudines.

¶ Resumit totā rōnē vt cōcludat intētum dicēs. ꝙ si coꝛpus diuisibile sit hꝫ medium signum ꝛ quodlibet aliud signū: qꝛ pōt ſm qꝺcūꝙ signū diuidi: qꝛ pōt scidi lignū ſꝫ quodcūꝙ signum. si ergo ponatur oīno diuisum: vt potestate est diuisibile qd erit p̄ter diuisionem: idest qd relinquitur diuisiōe facta. si dicatur ꝙ est passio aliq̄ quomodo in passiōes dissoluūtur coꝛpa ꝛ gn̄antur ex ipsis. aut quō separabūꝛ h̄. s. passiōes a subiecti. impoſſe est ergo ꝙ fiat diuisio in passiōes: sicut supple impoſſe est pꝛedictaꝫ diuisionē stare ad magnitudines diuisibiles. vel ad nihil: vel ad superficies vel ad puncta. quapꝛopter si esset possibile stare supple diuisionem ad puncta esset possibile supple ex tactibus: aut ex pūctis esse magnitudinem. quod est inconueniēs. vult ergo phus breuiter ꝛ succicte resumere rationem ꝙ ad nihil pꝛedictoꝛū potest stare diuisio coꝛpoꝛis si diuidaꝛ ſm qꝺcūꝙ signum: sed vel stabit ad aliqꝺ pꝛedictoꝝ vel ad coꝛpa īdiuisibilia: cum ostensum sit nō posse stare ad p̄dicta necesse est esse coꝛpoꝛa indiuisibilia ꝛ magnitudines īdiuisibiles: ad q̄ supple stat vltima resolutio. ꝛ qꝛ talia sunt p̄ncipia rerū: ad q̄ stat vltima resolutio cōpositoꝛum. arguebat Democritus coꝛpoꝛa īdiuisibilia eē rerum pꝛīcipia vt ipse ponebat. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Sed ꝛ hoc ponentibus nō minus contingit impoſſe. Scrutatum est autē de his ꝛ in alijs. ¶ Sed hic tentandum est soluere: iō rursus a pꝛincipio questionem dicendum. T. co. 9.

¶ Soluit ad q̄sita q̄ solutio magis est ad veritatem q̄stionis ad q̄ꝫ formā q̄rēdi. duo auteꝫ facit: qa pꝛimo ꝯtinuat se ad dicēda ꝛ dat modum soluēdi. 2° ponit ipsam solōnē. ibi. (Oē qdem coꝛpus.) Dicit ergo ꝙ ponentibus hoc qꝺ posuit Democritus nō minus. i. nihilominus cōtingit impossibile qꝛ multa impossibilia sequūꝛ si possit diuidi coꝛpus vsꝙ ad coꝛpoꝛa īdiuisibilia. De his autē īpossibilibꝰ seq̄ntibus ad positionē tactam scrutatuꝫ est in alijs. vt in 3° celi ꝛ mūdi. ꝛ lꝫ ibi posita sint huiusmodi incōueniētia: sed tn̄ hoc qꝺ Democritus q̄rit temptandum est soluere. ideo vt illud soluamus dicēdum est rursus ꝛ repetēdum questionem a pꝛīcipio. ¶ Deīde cum dicit. a. t. cō. p. in fine

¶ Omne quidem igitur coꝛpus sensibile diuisibile esse secundum quodcunꝙ signum ꝛ indiuisibile non est inconueniens. hoc eni potestate. hoc enim endelechia existit.

¶ Ponit solutionē repetēdo q̄stioneꝫ a pꝛīcipio. i. ab eo in quo p̄ncipaꝛr qꝺ ꝯsistit. p̄ncipaꝛr autem q̄stio cōsistit inuidēdo quō coꝛpus sensibile esset diuisibile ſm vnūquodꝙ signum: ꝛ quomodo nō. naꝫ omne coꝛpus sensibile est diuisibile ſm qꝺcūꝙ signū: ꝛ esse diuisibile non est inconueniēs: aliter tn̄ ꝛ aliꝛ. naꝫ hec. s. diuisibilitas ſm quodcūꝙ signum competit coꝛpoꝛi potestate. h̄ aūt. s. īdiuisibilitas existit siue competit coꝛpoꝛi actu. potentia ergo est diuisi

bile corpus secūdum quodcūqꝫ signum: sed non actu: qꝛ
nūquam actu erit diuisum ẜm vnūqđqꝫ signum. So/
luta est ergo q̄stio q̄ꝫtum ad difficultatez quesiti. lꝫ nō sit
soluta quantum ad formam querendi. sed ꝙ h̄ dimittit̄
infra supplebitur.



Esse autem potestate simul omni/
no diuisibile impossibile videtur
esse vtiqꝫ. Si enim possibile. ⁊ fie/
ret vtiqꝫ non vt sint simul actu am
bo indiuisibile ⁊ diuisum. sed diuisum scđꝫ
quodcūqꝫ signū. Nullū igitur erit reliquū.
⁊ in incorporeū corpus corruptū. ⁊ gn̄abi/
tur vtiqꝫ quidem rursus aut ex punctis aut
omnino ex nihilo. ⁊ hoc quomodo pot̄e.

¶ Posita via Democriti per quā ostendebat corpora esse
indiuisibilia. quia corpus poterat diuidi ẜm vnūquodqꝫ
signum diuisiuum: quo facto erant ergo residuum diui/
sionis corpora indiuisibilia: ⁊ posita solutione q̄ꝫtum ad
difficultatem questionis: licet non quantum ad formam
querendi. In parte ista ponit modum ⁊ viā Democriti ꝑ
quā venabatur corpora esse indiuisibilia: eo ꝙ non possit
diuidi corpus ẜm quēlibet punctum continuatiuū: ⁊ sol/
uit simpliciter ad hanc viam supplendo ꝙ fuerat in solu
tione alia pretermissum: ⁊ duo facit: qꝛ ꝑmo ponit dictaꝫ
T. cō. 9. viam ⁊ dictam dubitationē. 2° ponit solutionē ibi. (Quo
niam autem latet.) Circa primuꝫ duo facit. ẜm ꝙ Demo
critus dupliciter venātur quod dictum est: ꝑmo enim ve/
natur dictum modum via ad impossibile. 2° via ostensiua
ibi. (Sed qm̄ diuidit̄.) dicebat. ergo ꝙ necesse erat ponere
corpora indiuisibilia: qa videtur vtiqꝫ esse impossibile cor
pus esse simul diuisibile potestate omnino. i. simplicit̄ ẜm
omne signum. nam si esset hoc possibile: ꝙ corpus diui/
di posset ẜm omne signum tam diuisiuum q̄ꝫ continuati
uum: fieret. i. posset fieri poni in esse non ꝙ simul h̄ ambo
inessent corpori actu ꝙ esset indiuisibile ⁊ diuisum. sed eēt
diuisum actu ẜm qđcūqꝫ signuꝫ ex quo ponitur potētia
sic diuisibile. sed diuiso corpore ẜm vnūqđqꝫ signum nō
solum diuisiuum: sed etiam cōtinuatiuum. facta diuisio/
ne nō remanebit aliqđ cōtinuū: qa qđ nō est cōtinuum nō
est corpus. nulluꝫ ergo erat reliquū corpus. erit ergo cor/
pus corruptum ⁊ incorruptuꝫ ⁊ generabitur rursus ex in
corporeo: aut ex punctis: aut oīno ex nihilo. qꝛ qđ non est
cōtinuū: vel est icorporeum vel punctus: vel nihil: ⁊ qa im
possibile est ẜm talia cōponi ⁊ dissolui corpus: impossibile
est corpus diuidi ẜm qđlibet signum cōtinuatiuū. Com/
pleta ergo diuisione ẜm signa diuisiua remanētibus solū
signis cōtinuatiuis: reliquū erāt cōtinua corpora idiuisibi
lia. est ergo dare talia corpora vel ducimur ad icōueniēs.

nōnduꝫ ¶ Notādum autem talem esse hāc rationeꝫ Democriti:
ꝙ nō solum est ad ꝓpositū: sed etiam destruit solutiōem
iam factam a ph̄o. dicebatur. n. in soluēdo corpus esse di
uisibile ẜm quodlibet signum potestate nō actu. ꝯ̄ hoc ē:
qa si esset possibile ⁊ fieret. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Sed quoniam diuiditur inseparabilia et
semper in minores magnitudines. ⁊ in se
mota ⁊ disgregata manifestum. Neqꝫ itaqꝫ
scđm partem diuidenti erit infinita fractu/
ra. neqꝫ possibile est simul diuisum esse scđꝫ
omne signum. non enim possibile omnino
sed vsqꝫ ad qđ. necesse est igitur indiuisibi/
les existere magnitudines ⁊ inuisibiles.

¶ Ponit ratiōes ostēsiuas: ⁊ duo facit ẜm ꝙ duas tales ra
tiones ponit. 2ª ibi. (Et aliter sic erit.) Credebat enim. De
mocritus ꝙ qcqđ apparet esset verum: propter hoc quod
erat indiuisibile ẜm apparentiam: ⁊ ẜm sensum ponebat
esse indiuisibile ẜm v̾itatez: ⁊ qa magnitudo diuiditur in
separabilia. i. in partes seꝑabiles. ⁊ qa pars magnitudinis
semota ⁊ cōgregata semper diuiditur in minores magni
tudines dicebat maniᵐ esse ꝙ ẜm partem diuidenti. i. ẜm
partem diuisiuam nō erat infinita diuisio: nec īfinita fra/
ctura: nec simul est possibile diuidere corpus ẜm omne si/
gnum continuatiuū. non enī est illud possibile: sed est pos
sibile ipsuꝫ diuidere vsqꝫ ad qđ idest vsqꝫ ad aliqđ. ⁊ vsqꝫ
ad partes inuisibiles inseparabiles ⁊ indiuisibiles ẜm ap/
parētiam: ⁊ per cōseqn̄s idiuisibiles ẜm veritatem. conclu
debat igitur ꝙ necesse erat existere magnitudines indiui
sibiles ⁊ inuisibiles. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et aliter sic si erit generatio ⁊ corruptio. ⁊
hec quidem segregatione hec congregatio
ne. cogens igitur sermo esse magnitudines
indiuisibiles hic est.

¶ Ponit aliam rōnem ostēsiuam dicens. ꝙ aliter. i. ⁊ alio
modo supple arguebat Democritus esse magnitudines
indiuisibiles. qa sic ponēdo erit generatio ⁊ corruptio. nā
hoc qdem idest corruptio erit segregatiōe dictorum phy/
sicorum corporū: ⁊ h̄. i. generatio erit congregatiōe. ⁊ qa
ponēda sunt ea per q̄ possit saluari generatio ⁊ corruptio.
ponēda sunt corpora idiuisibilia. videbatur enim Demo
crito nō esse generatiōem ⁊ corruptioneꝫ nisi aggregatio
ne ⁊ segregatione ꝑncipiorum. ⁊ qa primum dicit qđ mi/
nimum ⁊ indiuisibile. ideo ẜm Democrituꝫ qui negabat
corpora indiuisibilia negabat pꝛīcipia ⁊ negabat motus
naturales q saluātur per pꝛīcipia talia. ideo concludebat
Democritus ꝙ h̄ erat sermo cogēs ad ponēdum magni
tudines idiuisibiles. omnes autem iste rationes fundant̄
super hoc ꝙ corpus nō est diuisibile ẜm quodcūqꝫ signuꝫ
cōtinuatiuū. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Quoniam autem latet paralogiçans: et
quomodo latet dicamus. Quoniam enim
non est punctus puncto vndiqꝫ contiguus
oīno esse diuisibile. est quidem qualiter exi/
stit magnitudinibus. est autem q̄liter non.

¶ Soluit ⁊ tria facit. qa primo soluit ad primam ratiōem
ducētē ad īpossibile. 2° soluit ad ꝑmam ratiōem ostēsiuā.
3° soluit ad aliam. 2ª ibi. (Quapropter est congregatio.) 3ª T. c. 10.
ibi. (Sed nō simplex ⁊ perfecta. ¶ Ad euidētiam prime Nōndū
solutiōis notādum nō esse differentiam realem īter signū
diuisiuū ⁊ continuatiuum. corpus enim est diuisibile ẜm
omne signū ꝯtinuatiuū: sed hec potētia nunq̄ꝫ reducetur
ad actū completū: nec propter hoc negatur illud pꝛīcipiū
ꝙ possibili posito ī esse nullū seqtur impossibile. nam pos/
sibile debet poni in esse respectu actus ẜm quem est possi/
bile. actus autem duplex est. in fieri ⁊ in facto esse. cōtinuū
autem vt est diuisibile in īfinitum ⁊ ẜm qđcūqꝫ signum:
nō est hmōi respectu actus in facto esse: sed ī fieri: ideo nō
debet poni actu diuisum ẜm qđcūqꝫ signū. potest tamen
poni in actu in fieri. nam poneret̄ ipsum non esse diuisum
ẜm qđcūqꝫ signū actu diuiso ⁊ in facto esse sed semper in
diuidi: ⁊ ī fieri nullū nasceretur ide inconueniens. sed de h̄
plenius in declarationibꝰ tractabit̄. Ad p̄ns tñ tm̄ dictum
sit ꝙ cōplete soluit̄ dubitatio Democriti q̄ꝫtū ad omnem
viā si ostēdat̄ ẜm omne signū tam diuisiuū q̄ꝫ etiam con
tinuatiuū esse diuisibile corpus potentia ⁊ respectu actꝰ in
fieri. qꝛ respectu talis actus sumit̄ illa possibilitas: nō aūt

esse diuisibile actu ⁊ in facto esse: qꝛ nunqꝫ potest diuisibile esse actu diuisum ⁊ indiuisibilia: quia indiuisibilia existētia in re diuisibili sibĳnuicem: nec continuātur nec contiguātur: nec cōseqnter se habēt. duo autem facit phus in ponēdo solutiōem hāc: qꝛ primo ponit eam sub modo cōfuso quasi in vli. 2° specificat ipsam. ibi. (Uidetur autem quādo h.) Dicit ergo ꝙ Democritus latet. i. latēter est paralogiçās. sed nos dicimus quomodo latet. nam qm̄ pūctus nō est pūcto vndiqꝫ continu⁹ nunqꝫ supple diuisibile diuidit in diuisibilia. ⁊ pars diuisibilis nō potest separari a diuisibili. ⁊ qꝛ hoc est ꝙ pūctus nō cōtinuat pūcto corpus esse diuisibile oīno. i. ꝑm omne signū. est aūt qualiter existit magnitudinibus. est aūt q̄liter nō. i. vno modo est verū alio modo est falsum. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Uidetur autem quādo hoc ponitur ⁊ vndiqꝫ ⁊ vbiqꝫ esse punctus. quapropter necesse diuidet magnitudinem in puncta. vbiqꝫ enim est punctum. quapropter aut ex tactibus aut ex punctis esse.

¶ Manifestat qd̄ dixerat. ⁊ duo facit: ꝑm ꝙ duo predixerat. pmo enim ostēdit quomodo magnitudo nō est vndiqꝫ diuisibilis. 2° quō est vndiqꝫ diuisibilis. ibi. (Hoc autē est ꝙ existit.) Notādū aūt ꝙ semper cū diuidit aliqd̄ diuisibile fit diuisio super aliquo indiuisibili vt si diuiditur linea diuidit super pūcto. in linea autē sunt quedā pūcta in actu: quedam in potētia. in actu autē sunt puncta existentia in extremitatibus linee. puncta autem in potentia sunt existentia in ipsa linea. si ergo diuiditur linea non potest dici ꝙ diuidatur in pūcto terminatiuo: ⁊ ꝙ est in extremitate linee: qꝛ vltra illum pūctū nihil est de linea. qui ergo poneret instrumētū in illo puncto nihil abscideret. in alio ergo pūcto fiet diuisio: sed cum illi pūcto nō continuet: nec cōtinguet alius punctus. sed semper inter illum pūctū ⁊ īter aliū pūctum cadat linea media nūqꝫ a linea abscidi potest nisi linea ⁊ a diuisibili nisi diuisibile. oportet ergo īdiuisibile esse contiguū indiuisibili. si deberet ps indiuisibilis abscidi: ⁊ si vndiqꝫ deberet indiuisibile abscidi. vndiqꝫ deberet ei indiuisibile ꝯtiguari. ideo ait ꝙ quādo hoc ponitur videlꝫ ꝙ indiuisibilia possint diuidi diuisibile. videtur poni ꝙ vndiqꝫ: ⁊ vbiqꝫ potest esse pūctus: ita ꝙ pūctus continuabitur pūcto quapropter necesse. i. necessitate diuident magnitudinem in puncta. cū vndiqꝫ sit pūctum. quapropter ex tactibus ⁊ ex pūctis necesse est esse lineam: quod est inconueniēs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hoc autem est quod existit vbiqꝫ. quoniam vna vtiqꝫ ⁊ omnis ⁊ vnusquisqꝫ. plures autem vna non sunt. consequenter enim nō sunt quapropter non vbiqꝫ. Si enim secundum medium diuisibile. ⁊ secundum contiguum punctum erit diuisibile. non autē possibile. non enim est contiguum signum signo. aut punctum puncto. hec enim est diuisio aut compositio.

¶ Ostenso quō nō est ꝯtinuū vbiqꝫ diuisibile: qꝛ nō est vbiqꝫ punctus: cum nō sit pūctus iuxta pūctum. ostēdit quomodo pōt cōcedi corpus esse vbiqꝫ diuisibile ⁊ vbiqꝫ esse pūctum dicēs: ꝙ h videlicet ꝙ vbiqꝫ existit pūct⁹ veritatē hꝫ qm̄ vtiqꝫ magnitudo supple est vna ⁊ cōtinua. ⁊ qa oēs pūcti: siue vnusquisqꝫ pūctus cōtinuant lineam exq̄ linea est vbiqꝫ continua vbiqꝫ necesse est esse punctum. est ergo pūctus vbiqꝫ per compositionem ad partes linee: qꝛ in omni parte linee ⁊ iuxta quālibet ptē linee est pūct⁹. sed non est punctus vbiqꝫ per compositionem ad punctum: qꝛ nō est pūctus iuxta pūctum. ideo subdit ꝙ plures pūcti non sunt vna. i. nō sunt simul: qꝛ nō sunt coniuncti q̄propter non vbiqꝫ est punctus: cū non sit cōiunctus alteri pūcto. nam si pūctus cū pūcto cōiunctus esset: qua ratione esset cōtinuū diuisibile ꝑm pūctum mediū īter duas partes linee pari rōne esset diuisibile ꝑm pūctū contiguū signo alĳ pūcto. posset ergo fieri diuisio linee continue in lineas ⁊ ī pūcta: ⁊ qꝛ hoc non est possibile: ideo non est signum contiguū. si ergo neqꝫ punctum pūcto. h. n. fuit ꝑꝫ h: idest ꝑm pūcta est compositio. i. continuatio ⁊ diuisio. pūctus enim est continuatiuus ⁊ diuisiu⁹ linee: ⁊ qꝛ semper super indiuisibili fit diuisio illud per diuisionem absciditur quod indiuisibili est coniunctū: ⁊ qꝛ in continuo indiuisibile nō est coniūctum indiuisibili. imo inter duo indiuisibilia cadit continuū medium nunqꝫ ab indiuisibili potest separari pars indiuisibilis. nec continuū diuidi potest in partes indiuisibiles. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter est congregatio aut disgregatio. sed neqꝫ ī athoma ⁊ ex athomis. multa enim impossibilia. neqꝫ vtiqꝫ vt diuisio fiat vbiqꝫ. Si autem esset contiguus punct⁹ puncto hoc vtiqꝫ esset sed parua ⁊ minima est congregatio ⁊ segregatio ex minimis.

¶ Soluit scd̄am ratiōē. soluit autē eā ostēdendo quid cōtinebit veritatis quid falsitatis. nam diuidi continuū in indiuisibilia ꝑm veritatem falsum est: sed in indiuisibilia ꝑm sensum ⁊ apparentiam verum est. ideo ait ꝙ congregatio ⁊ segregatio. i. compositio ⁊ diuisio continui supple fieri potest: sed non in athoma: nec ex athomis ꝑm veritatem qꝛ hoc posito multa impossibilia contingunt. non. n. ita diuiditur continuū ꝙ diuisio fiat vbiqꝫ cum non sit vbiqꝫ punct⁹. qꝛ non est vnus punctus iuxta alium punctū. si enim pūctus esset contiguus pūcto hoc vtiqꝫ eēt ꝙ esset ꝯtinuū vbiqꝫ diuisibile ⁊ fieret diuisio in minima ꝑm veritatem qd̄ nō est verū: sed in parua: ⁊ minima ⁊ ex minimis nō ꝑm veritatem: sed supple ꝑm apparentiā est congregatio ⁊ segregatio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed non simplex ⁊ perfecta generatio cōgregatione ⁊ segregatione determinata est autem vt quidam inquiunt in continuo vero trāsmutatio est alteratio. Sed hoc est in quo falluntur omnia. Est igitur generatio simplex ⁊ corruptio non congregatione et separatione sed quoniā transmutatur hoc in hoc totum. alĳ autem existimant alterationem esse omnem talem trāsmutationē in hoc autē differunt. In subiecto hoc quidem est secundum rationem hoc autē secundū materiam. quando quidem igitur in his transmutatio generatio erit ⁊ corruptio. quando autē in passionibus ⁊ secundū: accidens alio. T.c.10.

¶ Soluit tertiam rōnē ⁊ duo facit. qꝛ pmo soluit rōnē dictam ostēdendo generationem ⁊ corruptionem nō esse cōgregationem ⁊ segregationem. 2° ostēdit ad quid talia deseruiant generationi ⁊ corruptioni. ibi. (Segregata autē ⁊ cōgregata.) Dicit ergo ꝙ simplex ⁊ perfecta generatio nō determinat: siue nō diffinit q̄tum ad id qd̄ est per congregationē ⁊ segregationē vt quidam inquiūt voluerūt

enim aliqui ꝙ manēte continuo quacūqꝫ trāſmutatione facta in ipa eſſet alteratio ſolū. hoc eſt in quo fallunt omnia dicta antiquoꝝ. alia aūt littera hꝫ. oīno: qꝛ in hoc oīno decipiebant antiqui. nō eſt eniꝫ generatio ⁊ corruptio ſimpliciter cōgregatione ⁊ ſepatōe. ſed eſt generatio ⁊ corruptio cum trāſmutat hoc totum in hoc totuꝫ. exponūt autem qdam in generatiōe trāſmutari totum in totum: qa materia ⁊ forma trāſmutant in mām ⁊ formam. hoc aūt etſi poſſet aliquo mō trahi ad bonum itellectum nō eſt tamē de itentiōe Ariſ. ſed de intētione eius eſt poſſe eſſe gn̄ationē ⁊ corruptionē abſqꝫ diuiſiōe continui. ita ꝙ totum nō diuiſum trāſmutat in totū. aliȷ̄ autē ab Ariſ. omnē talē trāſmutationem exiſtimabant alterationem eſſe. nō enī differt generatio ab alteratione: ꝙ vna fiat diuiſione continui. in alia vero non. aere. i. non diuiſo pōt alterari ⁊ corrumpi. ſed in hoc differt generatio ab alteratione: quia in aere ⁊ in quolibet alio corpore ſubiecto tranſmutationibꝰ naturale eſt hoc ſm rationem ⁊ formam: hoc autem ſm mām quādo igit eſt trāſmutatio in his. ſ. in ſubſtātialibꝰ ⁊ eſt reſolutio vſqꝫ ad materiam tūc eſt generatio ⁊ corruptio. quādo vero eſt trāſmutatio in paſſionibus ⁊ ſm accidens ⁊ manet aliquid nō ſm materiam tantum. ſed ſm rōnē ⁊ formam tūc eſt alteratio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Segregata autem ⁊ ꝯgregata leuiter mutabilia ſunt. Si enim in paruiſſimas aq̄s aq̄ diuidatur citius aer generat. Si autē cōgregetur tardius. Magis hoc erit manifeſtuꝫ in ſeq̄ntibꝰ. nunc autē tantū determinatū ſit qm̄ impoſſibile eſt gn̄ationem eſſe congregationem qualem quidam inquiunt.

¶ Quia dixerat phs ꝙ errabant dicētes generationē eſſe cōgregationem: ne crederet aliquis eos oīno a veritate deuiaſſe ⁊ in nullo talia ad gn̄ationē ⁊ corruptionē deſeruire. oſtēdit quomō hec ad illa faciūt dicens. ꝙ que ſunt leuiter cōgregata leuiter ⁊ ſegregata leuiter mutabilia ſūt. que. n. de facili diuidunt de facili corrūpunt. naꝫ ſi aqua diuidatur in paruiſſimas aquas. citius aq̄ generat ⁊ corrūpitur. hoc autem magis manifeſtū in ſeq̄ntibus dicet:
ꝑ° de ge. qꝛ in capitulo de mixtiōe: vbi dicetur ꝙ parua ſecus par-
T.c.49 uis poſita facilius inuicem trāſeūt. nūc autē tm̄ determinatum ſit: quoniam impoſſibile eſt generationem eſſe cōgregationem: ſicut quidam inquiunt.

T.c.xj. DEterminatis aūt his primo vidēdum eſt vtrū gn̄at aliqd ſimpliciter ⁊ corrumpitur. aut ꝓprie quidē nihil: ſemper aūt ex aliquo eſt aliquid. dico aūt puta ex laborante ſanū aut laborans ex ſano. aut paruū ex magno aut magnū ex paruo ⁊ alia oīa fieri hoc modo.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de generatione ⁊ de aliȷ̄s motibus ſm opiniones alioꝝ. In parte iſta determinat de eis ſm opinionē propriam. ⁊ diuiditur pars iſta in duas: qa pmo determinat de generatione ſm ſe: ſiue de generatio-
T.c.23. ne ſimplici. 2° determinat de aliȷ̄s motibus ānexis ibi. (De generatione autē ⁊ alteratione dicimus.) Circa primum duo facit: qꝛ pmo pmittit q̄ſtionē hanc vtruꝫ aliquid generet. 2° arguit ad q̄ſtionem ꝓpoſitam ibi. (Si enim ſimpliciter erit.) Dicit ergo ꝙ determinatis his q̄ dixerūt antiq de generatiōe ſimplici: ⁊ de aliȷ̄s motibꝰ: qꝛ ipſi ſimplicē gn̄ationē ſaluare nō poterant rationabile eſt ꝙ pmuꝫ videamꝰ vtrum gn̄at aliqd ſimplr ⁊ corrumpitur aut ꝓprie quidē nihil generat ſimplr. ſed omnis generatio eſt ſm quid: ⁊ in gn̄atōe nō eſt trāſmutatio ex ſimplici in ſimplr: ſed ſemp ex aliquo in aliqd: puta ex laborāte ſanum: aut ex ſano in laborās. aut paruū ex magno aut magnuꝫ ex paruo: ⁊ omnia alia fieri hoc mō. in quibꝰ eſt ſola gn̄o q̄dā ⁊ trāſmutatio ſm accn̄tia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si enī ſimplr erit gn̄atio: ſimpliciter qdē qd generabit ex non ente. q̄propter verum erit dicere ꝙ exiſtit quibuſdam nō ens. quedam enim generatio eſt ex non ente aliquo. puta vt ex nō albo albuꝫ. aut ex nō bono bonū. ſimplr autē ex ſimplr non ente. ſed ſimplr aut ex nō bono aut ex nō ente aliquo.

¶ Arguit ad q̄ſtioneꝫ ꝓpoſitā. ⁊ duo facit. qꝛ pmo arguit 2° ſoluit. ibi. (De his aūt in aliȷ̄s.) Circa pmum duo facit ſm ꝙ dupl'r ꝓbat non poſſe aliqd generari ſimplr. 2° ibi. (Aut primuꝫ ſignificat.) Dicit ergo ꝙ ſi erit gn̄atio ſimpliciter: tunc ſimplr aliqd gn̄atur ex nō ente. quapropter erit verum dicere ꝙ quibuſdam exiſtit tanq̄ ſubiectū generationis non ens ex quo generātur: qđ eſt incōueniens. nam accipiendo non ens ſimplr vt hic de non ente loquimur: nō poterit eſſe gn̄ationis ſubiectuꝫ. ꝙ aūt ſic oporteat eſſe pꝫ. qꝛ ſicut gn̄o q̄daꝫ eſt ex non ente aliquo. ſiue ex nō ente ſm quid. vt ex non albo albū: aut ex non bono bonum. ſic generatio ſimplr erit ex nō ente ſimplr. ⁊ qꝛ hoc eſt icōueniēs ſupple nulla eſt generatio ſimpliciter: ſꝫ ſimpliciter ideſt vl'r. ſupple omnis gn̄atio erit: aut ex non bono: aut ſupple ex nō albo: aut ex nō ente aliquo. nunq̄ tamen erit ex nō ente ſimplr. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut pmū ſignificat ſcđm vnūquodqꝫ pdicamentū entis: aut vniuerſale ⁊ oīa comphēdens. Siqdē pmū ſubſtantie generatio erit ex nō ſubſtantia. cui enim nō exiſtit ſubſtantia manifeſtum eſt quoniam neqꝫ hoc neqꝫ aliorum nullū pdicamentoꝝ puta neqꝫ quale neqꝫ q̄ntū neqꝫ locus. Separate enim eſſent ꝑ ſe paſſiones a ſubſtantiȷ̄s. ſi autē non ens vl'r. negatio vniuerſaliter erit oium. q̄propter ex nullo neceſſe generari gn̄atum.

¶ Adducit ſecūdam rationē ⁊ ne laboret in equiuoco diſtinguit quot modis dicitur ſimpliciter dicens. aut ſupple ſimpliciter vno modo ſignificat pmuꝫ ſcđm vnūquodqꝫ predicamētum entis: ideſt ſignificat ſubaꝫ qđ eſt pncipiū inter pdicamēta entis. alio modo ens ſimplr idē eſt ꝙ ens vniuerſale omnia cōprehēdens. quocunqꝫ autē modo ſumatur ſimpliciter nō cōuenit ſimplr generari. naꝫ ſi ſumatur ſimpliciter ꝓut eſt idem ꝙ pmū ⁊ ꝓut ſignificat ſubſtātiam: qꝛ ergo generatio ſimplr eſt ex nō ente ſimplicit gn̄atio ſube erit ex nō ſuſtātia. ſed cuꝫ nō exiſtit ſuba: que eſt ens ſimplr: manifeſtum eſt ꝙ nō erit hoc. i. nō erit accidēs: qꝛ nō eſt ens aliquod: qm̄ nō erit nulluꝫ alioꝝ pdicamētorum puta neqꝫ tale: ideſt neqꝫ q̄litas neqꝫ q̄tum neqꝫ locus. ſepate. n. eſſent per ſe paſſiones a ſubſtantiȷ̄s. eſſet ergo generatio ex nihilo: ſi vō nō ens ſimpliciter idem eſt qđ nō ens vl'r. adhuc ſeq̄tur generationem eſſe ex nihilo. qꝛ ſi erit negatio vniuerſaliter omnium entium neceſſe eſt generatum generari ex nihilo. ¶ Deide cum dicit.

¶ De his quidem ⁊ in aliȷ̄s dcm̄ eſt ⁊ determinatū ſermōibus. Amplius aūt breuiter ⁊ nūc dicēdum quoniā modo qdeꝫ aliquo ex nō ente ſimplr generat. modo autē alio

quod modis dicit simp

ex ente semp. ꝑtāte aūt ens actu autē nō ens necesse est qȯ dicit̃ p̄existere vtroqʒ modo.

¶ Soluit ⁊ tria facit. qꝛ p̄mo soluit. 2° obijcit contra solu-
tionē. 3° mouet quādam questiōem ex cuius solutione ap
T.c.12. paret veritas quesiti. 2ª ibi. (Qꝛ autem ex his determina-
tis.) 3ª ibi. (De his igitur q̄ʒtuʒ contingit.) Solutio autē
stat in hoc: qꝛ ratiōes procedebāt ex insufficiēti diuisione:
quia nō ens simpliciter dicit̃ tripliciter. vel nō ens substan
tia. vel nō ens vniuersalr̃. vel nō ens actu. generatio ergo
simpliciter fit ex nō ente simplr̃: qꝛ fit ex ente in potentia.
ideo aīt ꝙ de his dictum est ⁊ determinatū in alijs sermo
T.c.75 ⁊.76. nibus. vt in primo physicorū. tamē amplius ⁊ tunc breui
ter dicēdum est aliquid de hoc. nam vno modo generatio
est ex nō ente simpliciter. alio mō ex ente. naʒ id ex quo est
gñatio simplr̃ supple est potestate ens actu aut non ens.
necē est. n. qȯ dr̃ subm̃ gñatiōis p̄existere vtroqʒ modo. i.
p̄existere nō ens actu sed poª. ¶ Deīde cum dicit.

T.c.12. **¶ Qȯ aūt ex his determinatiʒ habet mirabi lē q̄stionē rursus repetendū. q̄uo est substā- tie simplex generatio. siue ex potestate ente siue q̄liter aliter. q̄ret enim qs an est substā- tie gñatio ⁊ hoc q̄nti ⁊ qualis ⁊ vbi eodem vtiqʒ modo ⁊ de corpore queritur.**

¶ Arguit contra determinata. ⁊ duo facit: qꝛ p̄mo innuit determinata habere mirabilem questionem ānexam ⁊ repetit questionem a principio. scdȯ contra determinata arguit. ibi. (Si eniʒ quid generabitur.) Dicit ergo ꝙ his determinatis habet dicta determinatio mirabilem questionem. ideo repetēdum est rursus questionē a pricipio quo modo est generatio substantie quomodo simpliciter siue hoc ponatur ex potestate ente siue qualiter aliter. Quereret enim aliquis vtrum possit saluari vtraqʒ generatio. s. generatio simpliciter vt generatio substantie ⁊ generatio huius ⁊ generatio quanti qualis ⁊ vbi. ⁊ quod dictum est de generatiōe eodem modo queret̃ ⁊ de corruptione. vetꝰ autem trāslatio vbi nos habemus q̄ʒta habet: sed nō quāti. ⁊ tūc totum referēdum est ad generationē sube. textus tamē nouus bonus est vt patuit. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Si enim qd gñabit̃ manifestum est ꝙ erit substantia aliqua potestate. actu auteʒ non: ex qua generatio erit. ⁊ in quam necesse est transmutari quod corrumpitur. vtrum quidem igitur existit qd alioꝝ actu dico aūt puta aut erit q̄ntuʒ aut quale aut vbi aut vero potestate ens ⁊ hoc ens. simpliciter autē neqʒ ens. neqʒ hoc ens. Si eni nihil sed oīa potestate ⁊ separatum cōtingit ꝙ sit non ens.

¶ Resumpta questione arguit ꝯ determinata. soluebat̃. n. qȯ ꝙ fiebat gñatio ex nō ente simpliciter: qꝛ ex ente in potentia ⁊ ꝙ generatio substantie est ex potētia substantia. Sed tūc consurgit mirabilis questio: qꝛ generatiōis subiectum qȯ ponitur potentia substantia: vel est actu aliqd aliorum p̄dicamētorum vel nullū. qȯcūqʒ eniʒ det̃ sequitur icōueniēs. duo ergo facit. qꝛ p̄mo ostendit subiectuʒ generationis non posse esse sic potentia substantia ⁊ non actu: ꝙ etiam nō sit actu aliqȯ aliorum predicamētorū. 2° destruit aliud mēbrum: videlʒ nō esse possibile subiectū generationis nō esse actu substātia: esse tamen actu aliqȯ aliorum p̄dicamētorum. 2ª ibi. (Si autē hoc quidē.) Circa p̄mū duo facit: s̃m ꝙ duplr̃ ꝓbat ꝓpositū. 2ª ibi. (Amplius ꝙ maxime.) Dicit ergo ꝙ si generabit̃ quid. i. substātia manifestū est ꝙ subiectuʒ gñonis: siue mā ex q̄ erit gñatio ⁊ in quā necesse est transmutari qȯ corrumpit̃. illa scʒ huius materia erit aliqua substātia potestate: actu vero nō: ⁊ cum nō sit actu substātia est questio vtrū existat actu aliquod aliorū: puta vtrū erit actu q̄ʒtum: aut quale: aut erit potestate ens. i. substātia: ⁊ potestate hoc ens. i. accidens. simplr̃ auteʒ actu nec erit ens. nec hoc. i. nec erit substātia. nec accidēs. si auteʒ nihil est actu: sed est omnia potestate: ergo cōtingit esse aliquid separatum qȯ non sit substātia nec accidēs: ⁊ per ꝯsequēs ꝙ nō sit ens actu: qȯ est incōueniēs. pura enim potētia nō potest habere esse separatum. ⁊ per se existēs. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Et amplius ꝙ maxime timentes erant p̄mi philosophantes ex nullo gñari p̄exñte.

¶ Ponit scdȧm rōnē. nā qȯ nō est actu aliquid potest dici nō illud. non. n. est album nisi qȯ est actu albū. si. n. qȯ est potētia albū esset album: nigrum esset albuʒ. ꝙ ḡ nec est actu substātia nec accidēs: nec est substātia nec accidens: ⁊ qꝛ substātia ⁊ accidens sufficiēter vidētur diuidere genꝰ entis. quod ponit̃ esse tale ponit̃ esse nihil: ꝓpter qȯ si ponitur gñatiōis subiectum nō esse actu substātiam: nec accidēs: icidimus in illud quod maxime p̄mi pħantes erāt timētes. i. generari aliquid ex nullo p̄mo existēte. i. ex nullo p̄existēte siue ex nihilo. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Si autem hoc quideʒ esse aliquid non existit aliorum autem predicamentorum erūt quemadmodum diximus separate passiones a substantijs.

¶ Improbat aliud mēbrū: qꝛ si ponat̃ gñatōis subiectum esse h̄ aliorum predicamētorū: ita tamē ꝙ non existit aliquid. idest aliqua substantia erunt sicut diximus separate passiōes a substātijs: quod est incōueniēs.



E his autem quantuʒ contingit tractanduʒ ⁊ que causa quare generatio semper fit. ⁊ que simplex ⁊ q̄ secundum partem. T.c.13.

¶ In p̄te ista vt dicebatur ānectit predictis quādā qōnem ex cuius solutiōe habet̃ via ad soluēdū questiōem propositam ⁊ etiā apparet p̄ncipalis qō rōnabilis. duo ergo facit: qꝛ p̄mo p̄mittit dictā qōnē ⁊ soluit. 2° ex solutione eius icipit īuestigare de p̄ncipali qōne ibi. (Propter quid autē
hoc.) Circa p̄mum duo facit: qꝛ p̄mo ꝓponit dictam qōnez. 2° exequit̃ de ea. ibi. (Habet aūt questionē sufficiētē.) T.c.18. T.c.16.
Prima pars diuiditur in tres partes: qꝛ p̄mo ꝓponit qōnē. secūdo oñdit qualiter qō est itroducta. tertio assignat
cām dicti 2ª ibi. (Existēte autem causa.) 3ª ibi. (De illa quidem eni dictum est.) Dicit ergo ꝙ de his tractandum est q̄ʒtum cōtingit. i. q̄ʒtum decet: vt habet alia littera. Et qa ad euidētiam dictorum spectat inq̄rere de continuatione generatiōis. querēdum est supple que est causa vt generatio sit semper tam simplex q̄ʒ s̃m partē. i. quare nō deficit generatio nec hec nec illa. ¶ Deīde cum dicit. T.c.4.

¶ Existente autem causa vna quidem vnde principium motus dicimus esse. vna auteʒ materia. talem autem causam dicendū esse. T.c.14

¶ Oñdit q̄re est itroducta talis qō. nā cā cōtinuatiōis gñatiōis est duplex. vna quā dicimꝰ esse p̄nᵐ. vñ motus. i. causa efficiēs ⁊ vna alia talis cā est mā. talē aūt cām esse dicēdū est. i. cum q̄rit̃ de causa cōtinuāte gñationem. nō itroducit̃ questio propter causam efficiētem: sed propter cām talem. i. propter materialem. ¶ Deīde cum dicit.

¶ De illa quidem enim dictuʒ est p̄us in de

motu sermonibus. Quoniaz autem hoc q-
dem imobile per omne tempus. hoc autez
mouetur semper. horum autem de imobi-
li ꝛ primo quidem diuidere alterius philo
sophie est opus. De continue autem moue
ri alia mouente post hec dicendum quid ta
le singularium dictorum causa est.

¶ Assignat ratiõem ꝛ causam eius qd̃ dixerat. ꝛ duo facit
ſm ꝙ duo dixerat. pmo. n. ostẽdit q̃re nõ est questio intro
ducta propter causam efficiẽtẽ. scdõ q̃re ẽ introducta pro
T.c.15. pter causam materialem ibi. (Nũc autem vt in materie.)
Dicit ergo ꝙ de illa. i. de causa efficiẽte dictum est ꝑus in
T.c.85. ſmonibus de motu. i. in. 8. physicorum. ibi. n. ostẽsum est
hec mobilia reduci in duo mouẽtia. quorum hoc qdẽ est
imobile per omne tempus vt prima causa. hoc autẽ mo-
uetur semp vt celum. ꝛ iste sunt due cause efficientes conti
nuationẽ gñonis. Determinare ṽo de imobili causa que
est de numero harum dictarum causarum est opus alte-
rius phie q̃ʒ naturalis. spectat. n. ad phiaz pmam. Deter-
minare ṽo de alia causa mouẽte q̃ cõtinue mouetur vt de
corpore celesti ꝛ de motu solis in obliquo circulo. dicẽduz
a.t:c.55. in finem est post hic: vt in fine scdi huius. Ibi. n. ostẽdet quomodo
talis est causa dictorum singularium. i. dictorum gñabi-
liũ ꝛ corruptibilium. ĝ per cãm efficiẽtez nõ est ĩtroducta
qõ. qa determinare de ea ſm subam nõ spectat vlr ad phi
losophiam naturalẽ: vt q̃ʒtum ad eam q̃ est imobilis: vel
nõ spectat ad p̃ñtem tractatũ: sed ad finẽ libri vt q̃ñtũ ad
eam q̃ semper mouetur. ¶ Deide cum dicit.

T.c.15. ¶ Nunc autem vt in materie specie positaz
cãm dicamus ꝑpter quã semper generatio
ꝛ corruptio nõ deserunt naturam. simul. n.
forsitan fiet ꝛ hoc manifestũ ꝛ de nũc quesi-
to quomodo oporteat dicere. ꝛ q̃uo de sim
plici generatione ꝛ corruptione.

¶ Ostẽdit q̃liter est ĩtroducta q̃stio per causam materialẽ
dicẽs. ꝙ nũc dicamus causam positam idest propositam
vt causam cõtinuatiõis gñatõis: ꝛ dicamus eam vt in ma
terie specie. i. vt speciali modo tãgit materiaz ex parte ma
terie q̃ri potest propter quam causam gñatio ꝛ corruptio
sunt semp ꝛ nõ desunt. manifestũ est. n. ratiõabile hoc q̃re
re: qꝛ eo declarato simul forsan fiet manifestum de q̃sito.
nũc quomodo oportebit dicere: ꝛ etiam erit manifestum
q̃modo est dõm vel q̃uo est rationabilis q̃stio de simplici
gñatione ꝛ corruptiõe. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.16. ¶ Habet autem questionem sufficientem ꝛ
que causa est ꝙ complicaꝛ generatio si qd̃
corrumpitur ad non ens secedit. nõ ens au
tem nihil est. neqꝫ enim illud q̃dem. neqꝫ q̃-
le neqꝫ quantum neqꝫ vbi. qd̃ nõ ens. si igi-
tur semper quod non ens secedit q̃re nõ cõ
sumptum est olim ꝛ maxime omne si finitũ
erat ex quo fit generatorum vnumquodqꝫ.

¶ Exeq̃tur de dicta q̃stiõe ꝛ duo facit. qa primo repetit q̃-
stionẽ. secũdo soluit eam ibi. (Nõ eniz vtiqꝫ propter.) Di-
cit ergo ꝙ habet q̃stionẽ sufficiẽtẽ. i. ratiõabilem ꝛ bonaz
q̃ est causa ꝙ gñatio complicatur. i. multiplicaꝛ ꝛ ꝯtinua
tur ꝛ nũq̃ʒ deficit. cũ id qd̃ corrumpiꝛ secedat ad non ens.
id aũt qd̃ est nõ ens nihil est. ostẽsum est. n. id ex q̃ est gña
tio esse id in qd̃ trãsmutatur quod trãsmutatur vt gñatio
nis subiectum. nam q̃cq̃d corrumpitur in hoc abibit vlti
mum. cedit. n. id qd̃ corrumpiꝛ in mãm siue in eius potẽ-
tiã. si ergo tale subiectũ qd̃ poniꝛ nõ ens: nec est actu sub-
stãtia nec aliud: qa nec est quale: nec quãtum: nec vbi: qd̃
corrumpitur supple semper videtur anichilari vt cedat in
nõ ens. ꝛ si per generationez semper quod est ens secedit:
q̃re non est totum consumptum elemẽtum. i. pricipiũ qd̃
est subiectum gñationis: ꝛ q̃re omne. i. totum nõ est factũ
inane ꝛ vacuum: si finitum erat ex q̃ fit vnũquodqꝫ gene
ratorum. ¶ Deide cum dicit.

¶ Non enim vtiqꝫ propter infinitum esse ex
q̃ generaꝛ nõ deficit. hoc enim ipossibile ẽ.
non enim est actu infinitum.

¶ Soluit ꝛ duo facit: qa primo remouet q̃sdam solutiões
falsas. scdõ ponit solutionem veram. ibi. (Quocirca pro T.c.17
pter hoc.) Circa primum duo facit ſm ꝙ duas tales solu
tiões remouet. 2ª ibi. (Potestate autem est.) Diceret forte
aliq̃s generationem nõ deficere: qa subiectum generatio-
nis est ĩfinitum. hoc remouet phus dicẽs. ꝙ nõ est bñ dcm̃
ꝙ generatio nõ deficit propter ĩfinitum esse subiectum ge
neratiõis ex quo fit generatio. hoc. n. est impossibile ꝙ ali-
quid sit infinitum in actu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Potestate autez est vt in diuisione. Qua-
propter oportet hanc esse soluz causam nõ
deficientẽ. quoniam generaꝛ q̃dem semper
min⁹. nũc aũt videmus hmõi nõ.

¶ Remouet aliam sophisticam solutionẽ. diceret forte ali
quis. licet nõ sit infinitum in actu: est tamẽ in potestate ꝛ
diuisiõe. semper. n. potest aliq̃d abscindi a continuo: ꝛ nũ-
q̃ʒ deficiet cum sit diuisibile in infinitum. q̃propter diceret
forte aliquis hanc solũ esse causam generatiõis arguẽtẽ
ipsam non esse deficiẽtem: quoniam semper generaꝛ mi-
nus semper minus fit continuum nũquam deficit si sem
per diuidatur in minores ꝛ minores partes. hoc autẽ im-
probat philosophus: qa repugnat sensui dicẽs: nũc autẽ
nõ videmus h̃ supple: qa semper generetur minus semp
minus. imo de materia ꝛ de subiecto generatiõis nihil de-
perit vt hic ostẽdetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quocirca ꝑꝑ hmõi corruptionẽ alterius T.c.17
gñationẽ esse. ꝛ hmõi gñationẽ alterius eẽ
corruptionem inquietam esse necẽ est trans
mutationẽ. de gñatione q̃dẽ ꝛ corruptione
silr semper circa vnũq̃dqꝫ entiũ. hanc existi
mãdũ esse sufficiẽtem cãm in omnibus.

Causa cõtin generationis

¶ Dat veram solutiõem dicens. ꝙ qa corruptio huius est
generatio alterius: ꝛ econuerso generatio huius est corru
ptio alterius. ideo necesse est esse transmutationem ꝛ gña
tionem inq̃etam. i. continuam ꝛ sine defectu. ideo eñi sub
iectum gñatiõis nũq̃ʒ deficit simplr. qa cũ amittit formã
vnã acq̃rit formã aliã. qa cum vnũ corrumpitur aliud ge
neratur. de gñatione ergo ꝛ corruptione semper est simili
ter. i. eodẽ modo absqꝫ discõtinuatione circa vnũquodqꝫ
entium existimãdum est hãc esse causam sufficiẽtem om-
nibus: qa. s. corruptio vnius est gñatio alterius ꝛ eꝯ.

T.c.18. PRopter q̃d autem nũc hec q̃dem
simpliciter dicunꝛ generari ꝛ cor
rumpi. hec autem non simpliciꝛ.
rursum scrutandum.

¶ Posita q̃stiõe predicta ꝛ soluta. In parte ista ex solutio-
ne eius ĩcedit ad iuestigãdum de ꝑncipali q̃sito. ꝛ tria fa-
cit. qa pmo resumit q̃stionẽ pricipalẽ. 2º ex solutiõe qõnis
ꝑdicte ostẽdit eam esse rõnabilẽ. 3º exeq̃tur de ea. scdã ibi.

(Si idem est generatio.) tertia ibi. (Dicimus enim quoniam.) Dicit ergo rursus perscrutandum esse de questione principali: videlicet propter quid hec dicuntur generari ꝛ corrumpi simpliciter: hec autē non simpliciter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si idem est generatio quidem huius: corruptio autem huius. ꝛ corruptio autez huius: generatio autem huius. queret autem aliquis rationem.

¶ Ostendit hanc questionem esse ratiōabilem ex solutiōe qōnis predicte. nam si idem est generatio huius ꝛ corruptio huius. ꝛ econuerso qꝛ corruptio huius est generatio huius nulla est generatio simpliciter: nec corruptio simpliciter. Si ergo aliqs querit: vtrum contingat esse generationē simplr q̄rit rōnē. i. q̄rit questionez rationabilem.

neratione elementoꝝ. ideo ostensum est quomodo tractatus iste deseruit materie scđi libri. nūc aūt restat ostendere quō deseruiat materie primi libri. Circa qđ tria facit: qꝛ pͥmo ostendit hoc de mixtione. 2° ostendit hoc de agere ⁊ pati. 3° de tactu. 2ª ibi. (Sed nec alterari.) 3ª ibi. (Sed si de facere ⁊ pati.) Dicit ergo ꝙ qꝛ congregatio est mixtura quedam: ⁊ supple: qꝛ ſm opinionē omniū antiquoꝝ generatio quedā congregatio est. vel etiam ſm veritatem cōgregatio ⁊ segregatio ad generationem faciunt: qꝛ segregata ⁊ congregata existunt leuiter generabilia ⁊ corruptibilia. cū aūt sit ab aliis phis determinatū manifeste quēadmodum contingit aliquid misceri ⁊ congregari. ꝯgruum est supple ꝙ nos determinemus ⁊ ostēdamus quō fit mixtio: cū hoc deseruiat ipsi generationi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed nec alterari possibile nec segregari ⁊ congregari nullo faciente aut patiente.

¶ Ostendit hoc idem de agere ⁊ pati ⁊ duo facit. qꝛ primo ostendit hoc ex parte modi ſm quem fit generatio. secundo ex parte materialis pͥncipij. quod in generatione subijcitur ibi. (Etenim plura.) Generatio autem fit per hunc modum: videlicet per congregationem ⁊ segregationem: vel saltem fit per ipsam alterationem: qa non est possibile generationem realem esse nisi precedat alteratio: cum nō sit possibile neqꝫ alterari neqꝫ segregari ⁊ congregari nullo faciente neqꝫ patiente: determinandū est supple de ipsa actione ⁊ passione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim plura elementa facientes generant in faciēdo ⁊ patiendo adinuicem.

¶ Declarat hoc idem ex parte materialis principij quod in gñatione subijcitur ⁊ duo facit: qꝛ pͥmo ostendit hoc quātum ad ponētes plura pͥncipia materialia. 2° quātū ad ponentes vnū tantū. ibi. (Quāuis ex vno.) Dicit ergo ꝙ facientes plura elemēta mālia generant in patiēdo ⁊ faciendo adinuicem. ergo etiā ſm sic ponentes determinandum est de actione ⁊ passione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quāuis quidem ex vno necesse est dicere factionem. ⁊ hoc recte dicit Diogenes quoniam si non essent ex vno omnia nec esset facere ⁊ pati adinuicez. verbi gratia. calidū infrigidari: ⁊ hoc calefieri rursus. non eniz caliditas ⁊ frigiditas transmutātur adinuicē: sed manifestuz quoniaz subiectum.

¶ Ostendit hoc idē q̄ꝫtū ad ponentes vnū materiale pͥnm. ⁊ duo facit: qꝛ primo facit qđ dictuz est. 2° concludit quō se habet vnitas materialis principij ad actionem ⁊ passionem ibi. (Quapropter in quibus.) Cōtinuetur autem sic. ꝙ q̄ꝫuis facientes plura materialia pͥncipia ponerēt actionem ⁊ passionē: tñ si faceremus oīa ex vno pͥncipio necesse esset dicere actionem ⁊ passionem esse. ⁊ ideo dyogenes recte dicebat qm̄ si non essent oīa ex vno māli principio non esset facere ⁊ pati adinuicem. verbi gratia. negata vnitate materie calidū non infrigidaretur: ⁊ rursus hoc. s. infrigidatum non calefieret: ⁊ est ratio: qꝛ nō transmutatur forma in formā. caliditas aūt ⁊ frigiditas nō trāsmutanᵗ adinuicem: ita ꝙ vna fiat alia: sed est manifestius. i. est valde manifestū qm̄ est dare subiectuz vtriqꝫ forme si volumus transmutationem saluare. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quapropter in quibus facere est ⁊ pati. necesse est vnam substantiam horum naturā. omnia igitur talia esse dicere non veruz. sed in quibus ꝙ adinuicem sunt est.

¶ Ostendit quomodo se habet vnitas materialis principij ad actionem ⁊ passionem. quo ostenso apparet in quo bene dicebat dyogenes ⁊ in quo nō. Nam dicere ꝙ in quibus est agere ⁊ pati necesse est horuz vnā esse subiectā materiam verū est: sed dicere omnia esse talia ⁊ omnia cōmunicare in materia que est transmutationis subiectum: non est verū: sed solum in quibus est veruz dicere ꝙ sunt adinuicem transmutabilia: est dare vnam talē materiam. dyogenes ergo ponendo vnitatem vt saluaret transmutationem in hoc recte dixit. sed dicendo omnia eē talia: ⁊ oīa eq̄liter esse ex vna materia: male dixit. Quomodo autez sunt intelligenda verba Arꝭ. in declarationibus patebit. ostendetur enim quomodo est vna materia omnium corporalium ⁊ quomodo non. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed si de facere ⁊ pati ⁊ mixtura videndū necesse est ⁊ de tactu. non enim facere hec et pati possunt proprie que non possibile adinuicem tāgere nec non tangentia adinuicem qualiter contingit misceri primū. Quapropter de tribus his est determinanduz quid tactus quid mixtura: ⁊ quid factio.

¶ Ostendit ꝙ etiam oportet determinare de tactu dicens. ꝙ si videndum ⁊ determinandum est de facere ⁊ pati ⁊ de mixtura: determinandum est de tactu: qꝛ non possunt bene. i. agentia ⁊ patientia facere proprie ⁊ pati: quod nō est possibile tangere adinuicem. rursum quaľr ꝯtingit misceri pͥm. i. pͥncipaľr ⁊ proprie q̄ nō sunt tangentia adinuicem ergo tā ad agere q̄ꝫ admisceri seqtur tactus. quapp de his tribus est determinādū: videlꝫ qđ sit tactus quid mixtura ⁊ qđ factio: vel ēt qđ passio. actio eniꝫ ⁊ passio idē dicunt.



Rincipium aūt accipiamus hoc. necesse enim quibus est mixtura entium esse hec adinuicem tangibilia ⁊ si aliquid facit: hoc autē patitur principaliter. ⁊ his similiter: ideo primo dicendum est de tactu.

¶ Ostenso de predictis tribus determinanduz esse. In parte ista exequitur de eis: ⁊ tria facit: qꝛ primo determinat de tactu. 2° de actione ⁊ passione. 3° de mixtura. 2ª pars ibi. (De facere ⁊ pati.) 3ª ibi. (Reliquum autem videndum.)
Circa primū duo facit: qꝛ primo dat causam ⁊ rationem: T.c.46
quare determinandum est prius de tactu. 2° incipit deter- T.c.81.
minare de ipso ibi. (Fere quidē igitur ⁊c̄.) Dicit ergo. pͥnm
accipiamus hoc. i. tactū: vt ꝙ prius determinemus de ipso t.c.44.
q̄ꝫ de mixtione ⁊ actione: qꝛ h̄ que sunt de numero entiuz quibus est mixtura necesse est adinuicem esse tangibilia: ⁊ si h̄ aliquid agit aut patitur principaliter. i. proprie vel his similiter supple inest tactus ergo tactus videtur eē qđ cōius ⁊ prius actione: ⁊ mixtione: qꝛ sequitur ad vtrunqꝫ. ideo pͦ dđm est de tactu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fere quidem igitur ⁊ aliorum nominum t.c.44.
vnūquodqꝫ dicitur multifariam ⁊ hec quidem omonyme: hec autez altera ab alteris ⁊ prioribus sic habet ⁊ de tactu.

¶ Determinat de tactu: ⁊ duo facit: qꝛ primo ostēdit tactū multipľr dici. 2° determinat de vnaq̄qꝫ acceptione ipsius ibi. (Sed tñ pͥncipaľr.) Dicit ergo ꝙ vt fere vnūqđqꝫ aliorum nominū dicit̄ multifariaꝫ. i. multipliciter: qꝛ quedam omonyme. i. equiuoce. quedam vͦ analogice: qꝛ dicuntur altera ab alteris ⁊ prioribus. i. ſꝫ prius ⁊ posterius: sic ⁊ de tactu quasi dicat: ꝙ sicut fere omnia dicunt̄ multipliciter: sic ⁊ tactus. ⁊ dicit fere qꝛ forte non oīa nomina sunt mul-

tiplicia. multiplicitas autē tactus in hoc cōsistit: q2 potest sumi proprie ⁊ metaphorice. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed tñ principaliter dictum existit in habentibus positionez. positio quidez quibus ⁊ locus. Etenim in mathematicis similiter dandum est tactum ⁊ locum: siue est separatum vnūqđq3 eorum siue alio modo.

¶ Ostēso tactū sumi multipliciter determinat de vnaquaq3 acceptione eius: ⁊ duo facit: q2 primo determinat de tactu vt proprie sumitur. 2° vt sumit metaphorice ibi. (Quoniam autem mouens.) Circa primū duo facit: q2 ꝑmo venatur diffinitionē tactus proprie sumpti. 2° concludit diffinitionē illam tanq3 venatā. 2ª ibi. (Quapropter manifestum.) Circa ꝑmū tria facit ſm q tria venatur circa tactum. ꝑmo eni ostendit tāgibilia habere positionē. 2° habere vltima simul. 3° esse actiua ⁊ passiua adinuicem. ex quibus oībus habetur diffinitio tactus: videlz q tactus est in habentibus positionē: quoꝛu3 vltima sunt simul actiuis ⁊ passiuis adinuicem. 2ª pars ibi. (Si igitur est vt determinatum.) 3ª ibi. (Quonia3 aūt positio.) Dicit ergo q tactus si sit quid dictū principaliter. i. proprie existit in habētibus pōnem. pō aūt inest quibus ⁊ locus. ⁊ supplēdū est: q2 nō possunt se tangere aliqua nisi sint in loco: op3 quibus inest tactus inesse positionē. addit aūt ad maiorē expressionez veritatis q tactus ⁊ locus ita se cōitant q mathematicis silr dandū est tactū ⁊ locū: siue est separatū vnūqđq3 eoꝝ siue alio mō.

Nōndū

¶ Notandū aūt q de mathematicis fuit duplex pō. vna fuit Platonis qui posuit ea esse separata ſm esse a sensibilibus. alia fuit Ar. qui posuit ea esse in sensibilibus: sed ſm cōsiderationē ea esse separata. est ergo intētum Ar. q locus ⁊ tactus: ita se inseparabilr cōcomitantur q vbi ponimus vnū ⁊ aliud ⁊ eodez modo: ⁊ similiter sicut ponimus vnū ⁊ aliud. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur est vt determinatū est prius. tangere vltima habere sil. hec vtiq3 se tangunt adinuicē quecūq3 determinatas magnitudines ⁊ pōnem hñtia simul habent vltima.

T.c.22. ¶ Inuestigat scđam ꝯditionē dicens. q si ita est vt est determinatū prius. s. in. 6. phisicoꝝ. vbi dictū est q tāgere est habere vltima simul: op3 tangentia habere vltima simul. h ergo vtiq3 tāgēt adinuicē quecūq3 hñt determinatas magnitudines ⁊ pōnē ⁊ hñt vltima simul. ¶ Deide cū dicit.

¶ Quoniā aūt positio qdē in qbus ⁊ locus existit. loci aūt differentia sursuz ⁊ deorsuz ⁊ ꝑma talia oppositoꝝ oīa ad seinuicē tāgētia grauedinē vtiq3 habent aut leuitatē aut ambo aut alterū. talia aūt passibilia ⁊ actiua.

¶ Inuestigat tertiā cōditionē: q tangētia debēt esse actiua ⁊ passiua adinuicē dicens. q pō inest quibus existit locus. loci aūt ꝑma differentia est sursum ⁊ deorsum. talia autez sunt oppositoꝝ: op3 aūt q se tangentia habeant aliquaz oppositionē adinuicē. iō ait q oīa se tangentia adinuicez hñt grauitatē: aut leuitatē: aut ambo: q̄3tū ad elemēta media. aut alteꝝ q̄3tū ad extrema. terra. n. est solu3 grauis: ⁊ ignis solu3 leuis. aer aūt ⁊ aqua habēt vtrūq3: q2 respectu ignis sunt grauia: respectu terre leuia. q2 g talia se tāgētia sunt in loco ⁊ cōpetit eis differētia loci vt sursu3 ⁊ deorsu3: cū hoc nō sit sine oppōne: op3 q talia oppōnē habeāt: ⁊ q sint actiua ⁊ passiua adinuicē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter manifestū est qm̄ hec tāgere nata sunt adinuicē. quoꝝ diuersis magnitudinibus simul vltima sunt existentibus motiuis ⁊ mobilibus adinuicem.

¶ Concludit diffinitionē tactus tanq3 venatā dicens. manifestum esse q illa sunt apta nata se tāgere adinuicē quorum existentibus diuersis magnitudinibus: q̄3tū ad conditionem primā q debet habere magnitudines determinatas ⁊ positionē: sunt vltima simul: q̄3tum ad cōditionē scđam: motiuis ⁊ mobilibus adinuicē. i. actiuis ⁊ passiuis q̄3tum ad cōditionez tertiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā autē mouens nō similiter mouet qđ mouetur. sed hoc quidē necesse est motū ⁊ ipsum mouere. hoc autē imobile ens. manifestū qm̄ in faciente dicemus similiter. T.c.45

¶ Postquam inquisiuit de tactu proprie incipit inquirere de tactu metaphorice. ⁊ duo facit. q2 primo cōparat actionem ad motum: ⁊ agentem ad mouentem. scđo ex huius comparatione facta venatur quomodo habeat fieri tact⁹ mathematicus ibi. (Id igitur manifestum.) Circa primū duo facit: q2 primo comparat mouentem ad agentez ſm conuenientiam. secundo ſm differentiam ibi. (Et eni mouens.) Ostendit ergo q q2 mouēs nō similiter mouet mobile qđ mouet. sed hoc quidē mouens necesse est ipsu3 mouere motū: hoc mouet ens imobile. manifestū est quonia3 in agente dicemus similiter: q2 quoddā agens cū agit patitur: qđda3 agit ipassibile manēs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim mouens facere aliqd inquiunt ⁊ agēs mouere. S3 tñ differūt ⁊ op3 determinare. nō. n. possibile ⁊ mouēs oē agere ⁊ facere si facere opponit pacēti. h aūt in oībus in quibus est motus passio autem secūdu3 q alteratur solū. verbi gratia. calidum ⁊ album. Sed mouere amplius agere est.

¶ Posita cōuenientia inter agentē ⁊ mouentē q est deuenire ad agēs impassum sicut ad mouēs imobile: ponit hic differentia3 inter ea dicens. q quidam inquiunt mouens agere aliquid ⁊ agens mouere: sed tñ non est ita: imo differunt: ⁊ op3 determinare quō differūt. Si vō facere opponitur patiēti: nō est poſe oē mouēs agere: sed tūc solū mouēs agere cū mobile patitur. ergo h verū est solu3 in his in quibus motus est passio: ⁊ exponit quid appellat passionez dicens: passio autem est id ſm quod aliquid alteratur solū. verbigratia. calidū albū ⁊c. talia sunt passiones: ſm quas est alteratio. differt ergo mouere ab agere: q2 est vniuersalius. q2 oē qđ agit mouet: sed non ecōuerso. ideo ait: q mouere amplius agere est. i. est magis amplu3 ⁊ est vniuersalius ⁊ in plus q̄3 agere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud igitur manifestū qm̄ est qdē vt motiua imobilia tāgūt. ē aūt vt sic. est aūt nō sic.

¶ Ex cōparatione ꝑmissa venatur tactū methaphoricu3. h⁹ aūt tactus duplr sumi potest. tactus eni3 semper est aliquid duoꝛum. vel ergo sumetur huiusmodi methaphora tam ex parte tangentis q̄3 tacti vel ex parte tangentis tantum. duo ergo facit: q2 primo venatur tactum methaphoricum ex vtraq3 parte. 2° ex altera parte tantu3. 2ª ibi. (Est quidē igitur vel multū.) Circa primu3 duo facit: q2 ꝑmo facit qđ dictū est. 2° exponit diffinitionē tactus supius datam: siue addit ad diffinitionē illā ibi. (Sed determinato tāgere.) Dicit ergo q id nō est imanifestū qm̄ motiua vniuersalia siue motiua imobilia: vt habet alia littera. vt tangunt mobilia. i. vt tāgunt corpora supcelestia q̄ mouētur ab eis. est autē vt sic. est autem vt non. i. vno mō tangunt

ea:alio modo nõ:q꞉ tangunt ea methaphorice nõ ꝓpẽ: ⁊ ꝙ ſit huiuſmodi tactus methaphoricus cã ẽ ex vtraqꝫ pte:q꞉ nec illa proprie agunt:nec celeſtia proprie patiuntur. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sed determinato tangere vſr quidem ꝙ eſt poſitionẽ habentiuꝫ:⁊ hoc quidem motiuo:hoc aũt mobili abinuicẽ aut motiuo ⁊ mobili in qbus exiſtit agere ⁊ pati.

ℭ Exponit diffinitionem tactus ſuperius datam: vel addit ad ipſam dicens.ꝙ ſic determinato tangetur:vt dictum ẽ vniuerſaliter.i.ſimpliciter ẽ tact⁹ habentium poſitionem. hoc quidem motiuo.ħ autem vt mobili abinuicẽ aut motiuo ⁊ mobili.q.d.non ſufficit ad hoc ꝙ ſit tactus ꝙ vnuꝫ ſit mouens ⁊ aliud motum: ſed ſequitur quod mobile ſe hẽat motiue:ita quod viceuerſa ſe habeat mouens: ⁊ mouens non moueat immobiliter:ſed ſit motiuum mobile ſiue motiuum motum: ⁊ hic quibus exiſtit facere ⁊ pati ſuperius autem data diffinitione de tactu dicebat tactũ eẽ in habentibus poſitionem:quoruꝫ vltima ſunt ſimul motiuis ⁊ mobilibus adinuiceꝫ.que diffinitio non arguit tactum ꝓprie ſumptũ:niſi ꝑ motiua ⁊ mobilia intelligam⁹ agentia ⁊ patientia:qđ ĝ ħ hĩ vel eſt expoſitiuũ diffõnis illius vel eſt cõpletiuũ eius. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eſt quidẽ igitur vt multũ tactũ quod tangit tangens.n.mouet mota oĩa fere que ⁊ in cõſpectu noſtro:quibus neceſſe eſt ⁊ videt tactum tangere qđ tangit.eſt aũt vt aliquãdo inquimus mouẽs tãgere ſolũ id qđ mouetur:qđ tangitur aũt nõ tangere qđ tãgit. Sꝫ que mouet mota: q꞉ hõgenea: neceſſe videtur eſſe quod tangitur tangere.

ℭ Inueſtigat tactũ methaphoricũ cuius cã maxime videt eſſe ex altera parte tantum:⁊ duo facit:q꞉ primo oſtendit ꝙ vtplurimuꝫ in his que videmus eſt tactus proprie ſumptus:ſed aliquãdo eſt in eis motus methaphoricus. ſcđo concludit quomodo contingit inuenire tactũ methaphoricum:ibi.(Quapropter ſiquidem.) Oſtendit ergo ꝙ eſt in multum.i.vtplurimum ꝙ tactu:ita tangitur ꝙ etiã tãgit tangẽs:q꞉ fere omnia que ſunt in cõſpectu noſtro mouent mota quibus neceſſe eſt:⁊ videtur ſic eſſe dicendum tactum tangere quod tangit.i.tangenteꝫ.eſt autem vt aliquãdo inquimus.i.dicimus mouens ſolum tãgere id qđ mouet:ita ꝙ tãgit.i.tangenteꝫ:ſed ea que mouent mota: q꞉ ſicut homogenea.i.eiuſdem nature neceſſarium videt eſſe qđ tangit tãgere:⁊ qđ tangit tangere tactum:vel qđ mouet mouere motũ. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Si quidẽ mouet imobile ens illud qdẽ tãgit qđ mouetur:illud autem nõ. Inquimus enim aliquando triſtantẽ tãgere nos:ſꝫ nos non eum. De tactu quidẽ igitur in naturalibus determinatũ ſit hoc modo.

ℭ Concludit qũo contingit inuenire tactum methaphoricum dicens:ꝙ ſi aliquid mouet ens immobile:tunc illud tangit qđ mouet:ſed illud quod mouet non tangit ipſuꝫ. inquimus n.i.dicimus aliqñ triſtantem tangere nos:⁊ tñ nos non tangimus eum:⁊ illo modo videntur tãgere corpora ſupceleſtia. ℭ Notandũ aũt tactuꝫ triplicem eẽ:ꝓprium ⁊ methaphoricum duplicem:vel q꞉ cã huius eſt in vtroqꝫ extremoꝝ vel in altero tm̃. videmus.n.ſubãs ſeparatas mouere corpora ſuperceleſtia:corpora ſupceleſtia mouere ħ inferiora:⁊ hec inferiora mouere ſeipſa adinuicem

Nõdũ

intelligentie auteꝫ mouent ſuperceleſtia corpora non mote nec paſſe:ſuperceleſtia mouent hec inferiora mota: ſed non paſſa.hec aũt inferiora mouent ſeipſa adinuiceꝫ mota ⁊ paſſa:ideo qñ intelligentie mouẽt corpora ſuperceleſtia eſt oĩo tactus methaphoric⁹ tam ex pte tãgentis q̃ꝫ tacti:q꞉ nec intelligentie ꝓprie agunt:nec ſupceleſtia corpa patiunt:ſed cuꝫ ſuperceleſtia corpora mouent hec inferiora:eſt ibi tactus methaphoricus:ſed cauſa huius vĩ oriri ex altera pte tm̃:nam ex pte horum inferioꝝ bñ eſt aptus natus repiri tactus ꝓprie:ſed nõ ex parte ſuperceleſtium: q꞉ tangunt impaſſibiliter. Cum vero hec inferiora ſe tangunt adinuicem eſt ibi oĩno tactus proprie ⁊ q꞉ pluribus modis ſm ꝙ ſpectat ad nãlem repitur tactus:ideo pħus ſolum determinat de hoc triplici tactu vno proprio:⁊ duplici methaphorico.qũo aũt ⁊ in qua parte determinat de vnoquoqꝫ iſtoꝝ pꝫ per ea que in ſententiando dicta ſunt. Ultimo epilogat.ꝙ de tactu ĩ nãlib⁹ determiatũ ſit ħ mõ.



E facere ⁊ pati dicendũ deinceps ſuſcepimus enim a prioribus ſubcõtrarios ſermones adinuicem. T.c.46

ℭ Poſtq̃ꝫ pħs determiauit de tactu. In pte iſta determinat de agere ⁊ pati:⁊ duo facit:q꞉ p̄ determiat de actione ⁊ paſſione ſm opinionẽ alioꝝ.ſcđo ſm ꝓpaꝫ: ibi.(Qũo aũt exiſtit generare in entibus.) Circa primum T.c.47
duo facit:q꞉ primo oſtendit quid ſenſerunt antiqui de agere ⁊ pati quantum ad qualitates actiuorum ⁊ paſſiuoruꝫ ſecundo quantum ad modum agendi ⁊ patiendi: ibi. (Quomodo autem cõtingit.) Circa primum duo facit: T.c.55.
q꞉ primo continuat ſe ad dicenda ⁊ p̄mittit intẽtionẽ ſuã. circa opiniones antiquorum.ſecũdo exequitur de eis:ibi. (Multi qdem enim.) Dicit ergo ꝙ deinceps poſtq̃ꝫ dcm̃ eſt de tactu:dicendum eſt de facere ⁊ pati:⁊ addit ꝙ a ꝑoribus.i.ab antiquis ſuſcepit de agere ⁊ pati ſermones adinuicem ſubcontrarios. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Multi quidẽ eniꝫ dicunt hoc cõcorditer. ꝙ ſimile quidem a ſimili omne impaſſibile eſt propter non magis actiuũ q̃ꝫ paſſiuũ eẽ alterũ ab altero:oĩa eni ſimiliter exiſtũt hec ſimilibus:diſſimilia auteꝫ ⁊ differentia facere ⁊ pati adinuicem ſunt innata.

ℭ Exequitur de dictis opinionibus.dixerat enim antiquos ſubcontrarie ſenſiſſe de agere ⁊ pati:ideo duo facit:q꞉ primo narrat hmõi opiniones.ſcđo oſtendit eas eſſe ſubcon- T.c.48
trarias:ibi.(Uidentur auteꝫ hoc modo.) Circa p̄mũ duo facit:q꞉ primo ponit opinionem dicentiuꝫ diſſimile a diſſimili pati.2° ponentiũ ꝙ ſile a ſimili patit.2ª ibi.(Democri- T.c.47
tus autem vltra.) Circa primum duo facit:q꞉ primo narrat opinionem predictam quantum ad agentes ⁊ patientes.ſcđo quantum ad rõnem agendi ⁊ patiẽdi:ibi.(Etenĩ qñ minor.) Dicit ergo.ꝙ multi dicunt hoc cõcorditer:ꝙ oẽ ſimile eſt ĩpaſſibile a ſuo ſimili:⁊ dicit multi: q꞉ plures erant de hac opinione q̃ꝫ de alia.aſſignabant aũt cauſam ⁊ rõnem:quare ſimile non patitur a ſimili:q꞉ vt dicebant non eſſet alterum magis paſſiuũ ab altero q̃ꝫ actm̃. Cũ ĝ ſimilibus ſm ꝙ huius omnia exiſtant ſimilia non poteſt poni ſimilia ſm ꝙ hꝰ actiua ⁊ paſſiua eſſe: q꞉ tunc idem ſm ꝙ idem ageret ⁊ pateretur:quod eſt incõueniens.diſſimilia ergo ⁊ differẽtia ſunt innata facere ⁊ pati adinuicẽ: ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Etenim qñ minor ignis a maiori corrumpit propter contrarietatem hoc inquiunt ⁊ pati adinuicẽ. cõtrariũ.n.eſſe multũ pauco.

¶ Narrat poſitionem quantum ad rationem agendi ⁊ pa
tiendi: predicti enim non ſolum ponebant diſſimilia agere
⁊ pati adinuicē: ſed ⁊ volebant ꝙ rō agendi ⁊ patiendi eēt
diſſimilitudo: qꝛ quando minoꝛ ignis a maioꝛi coꝛrumpi
tur inquiunt minoꝛem ignem coꝛrumpi ⁊ pati a maioꝛi ꝓ
pter diſſimilitudinē ⁊ contrarietatem: qꝛ contrarium eſt
multum pauco. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Democritus autē vltra alios dixit ſolus
ſingulariter. Inquit enī idē ⁊ ſimile eſſe fa
T.c.47 **ciens ⁊ patiens: qꝛ altera ⁊ differētia nō con**
tingit pati adinuicem.

¶ Narrat pōnem dicentiū ſiſe a ſimili pati: ⁊ duo facit: qꝛ
ꝓ narrat hanc pōnem q̄ntum ad actiua ⁊ paſſiua. 2° q̄ntū
ad rōnem agendi ⁊ patiendi: ibi. (Sed ſi altera entia.) Di
cit ergo ꝙ democritus vltra alios. i. preter alios vel vltra
alios: qꝛ quodāmodo ſubtilius alijs ſolus dixit ſingulari-
ter. inquit. n. idem ⁊ ſimile eſſe faciens ⁊ patiens: qꝛ altera
⁊ dr̄ia non contingit pati adinuicē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ S3 ſi altera entia faciūt aliqd inuicē nō ſm
ꝙ altera: ſ3 ſm ꝙ idē aliqd exiſtit ſic hoc ac-
cidere eis. Que dicuntur igiꝛ hec ſunt.

¶ Narrat dictā pōnem q̄ntum ad rōnē agendi ⁊ patiendi:
non ſolum enim. Demo. ponebat ſiſe a ſimili pati: ſ3 adde
bat ꝙ rō paſſionis erat ſilitudo. volebat. n. ꝙ ſi entia alte
ra. i. diuerſa faciunt aliquid inuicē hoc nō eſt ſm ꝙ ſunt
altera: ſed dicebat accidere. i. ꝙ agerent ⁊ patereꝛ adinui
cem ſm ꝙ exiſtit eis aliquid idem. i. ſm ꝙ cōueniunt: ad-
dit autem quaſi epilogando ꝙ que dicūtur ab antiquis.
h̄ ſunt que dicta ſunt. ¶ Deinde cū dicit.

T.c.48. **¶ Videntur aūt hoc mō dicentes ſubcōtra**
rios dicere ſermones: cauſa autem cōtradi-
ctionis eſt qm̄ opportunum totū aliquid in-
ſpicere partē aliquā dicunt ambo.

¶ Dicit dictas opiniones eſſe ſubcōtrarias. ⁊ duo facit: qꝛ
ꝑmo premittit qd̄ intēdit. ſcd̄o manifeſtat propoſitum: ibi
(Simile. n. oīſariā.) Dicit ergo ꝙ dicētes hoc modo vidē
tur dicere ſermones ſubcōtrarios: ⁊ eſt rō: qꝛ cā ꝯdictionis
eoꝛum fuit quātū opportunū fuit totū aliqd̄ inſpicere am
bo. i. ambe predicte opiniones dicunt ꝑtē aliquā nō totū.
Nōndū ¶ Notādum aūt ſubcōtraria opponi ſm particularem
oppōnem: ⁊ ideo nō eſt inconueniens ſubcontraria eſſe ali
quo mō vera alr̄ ⁊ alr̄ accepta: vt hoiem currere poteſt ve-
rificari pro ſoꝛte: ⁊ non currere pro platone. quicunq3 ergo
dicit aliqd: ꝙ vno mō eſt verū: ⁊ alio mō: ſi particulariter
⁊ defectiue loquiꝛ: ⁊ in talibus ſermonibus eſt oppō ꝯria.
ſimile enim pati a ſimili ē verū: vno mō ⁊ falſum alio. anti
qui ḡ ſic loquētes ſubcōtrarie loquebanꝛ: ⁊ l3 quelibet di-
ctarū opionū aliquo modo eēt vera reſpiciendo particula
rē ꝯdictionem: reſpiciendo tn̄ totū negociū quelibet ſim
pliciter erat falſa. nō. n. abſolute dicēdum ē ſimile pati a ſi
mili: vel diſſimile a diſſimili: ſ3 dici debet ꝙ agens ⁊ patiēs
vno modo ſūt ſimilia: ⁊ alio diſſimilia. igitur prioꝛes ph̄i
defectiue loquebantur ⁊ cōſiderabant ꝑtem cum deberēt
conſiderare totum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Simile eni ⁊ oīſariā ⁊ omnino indifferēs
rationabile eſt non pati a ſimili. nihil quidē
enim magis actiuū erit alterū q̄3 alterum.

¶ Manifeſtat qd̄ dixerat. dixerat. n. eos defectiue locutos
fuiſſe ⁊ conſideraſſe ꝑtem ⁊ non totum circa qd̄ duo facit
ſm ꝙ in dictis opionibus duo eſt conſiderare. v3. ꝙ dice-
bant de actiuis ⁊ paſſiuis: ⁊ ꝙ ponebāt de ratione agendi
⁊ patiendi. ꝓ ergo dicit eos defeciſſe q̄ntū ad actiua ⁊ paſſi
ua: qꝛ nō debebāt abſolute dicere ſiſe pati a ſili nec diſſimi
le a diſſimili: ſed dd̄3 erat agens ⁊ patiēs eſſe aliq̄ mō ſilia:
aliquo diſſilia. 2° oñdit huius defectū q̄ntū ad rōnē agēdi
⁊ patiendi. ꝑmo ḡ oñdit ꝙ nō eſt dd̄m vt antiq dicebāt ꝙ
tota rō actionis ⁊ paſſionis ſit ſilitudo vel diſſilitudo: ſed
vtrūq3 eſt aliquo modo huius rō. 2ª ibi. (Et ſm rōnē āt.) T.c.52.
Circa ꝑmū duo facit: qꝛ ꝑmo ꝓbat agēs ⁊ patiens nō eſſe
oio ſilia nec oio diſſilia. 2° oñdit quō ſꝫ ſilia ⁊ quō diſſilia:
ibi. (S3 qm̄ nō.) Circa ꝑm̄ duo facit: qꝛ ꝓ oñdit agēs ⁊ pa T.c.50.
tiēs nō eē oio ſilia. 2° nō eē oino diſſilia: ibi. (Et oīſariā al T.c.49
terā.) Prima ps diuidiꝛ in tres ꝑtes ſm ꝙ tres rōes addu
cit ad propoſitū. 2ª ibi. (Sed qꝛ a ſili.) 3ª ibi. (Quāuis his
entibus.) Dicit ḡ ꝓ ꝙ ſiſe oīſariā ⁊ oino indifferens rōna-
bile eſt nō pati: ⁊ nihil ſuſtiere a ſili. ⁊ eſt rō: qꝛ h̄ poſito ꝙ
magis eſſet actm̄ alterū altero. nō ergo poſſet poni ꝙ vnū
eſſe agens ⁊ aliud patiēs ex quo oio ſilia. eo. n. ipſo ꝙ vnū
poniꝛ agens ⁊ aliud patiens ponunꝛ differre ⁊ recedere ab
ypotheſi ꝙ ſint oia ſilia. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed ſi ſimile a ſimili pati aliquid poſſibi-
le: ⁊ ipſum a ſeipſo.

¶ Ponit rōnē ſcd̄am qꝛ ſi ſiſe eēt poſe aliqd pati a ſili ꝑ oē3
modū ipm̄ a ſeipo patereꝛ: qd̄ eſt icōueniēs. ¶ Dein. c. d.

¶ Quāuis his entib⁹ ita nihil vtiq3 erit neq3
icoꝛruptibile neq3 imobile: ſ3 ſiſe qd̄ ſm ꝙ
ſiſe actiuū: ipſū. n. ſeipſo mouebit omne.

¶ Ponit tertiā rōnē q̄uis rōnes ſupradicte ſufficienter cō-
cludāt ſiſe a ſili oīſariā pati nō poſſe. his tn̄ entibus ita: ⁊
hac pōne poſita ſequiꝛ aliquod incōueniēs: qꝛ nihil erit in
coꝛruptibile vel erit imobile. ſube. n. ſepate que ponunꝛ im
mobiles: vel ēt deus ipſe q ꝑ oēm modū eſt imobilis maxi
me eſt idē ſibi ſi ergo ſimile ſm ꝙ ſimile ⁊ ſm ꝙ idē eſſet
actm̄ omnino mouebit ſeipſum ſeipſo: immo prima cauſa
⁊ ſubſtantie ſeparate maxime erunt mobiles: qꝛ maxie ſūt
eedē ſibi. ¶ Notandū aūt ꝙ hec ſilitudo accipiꝛ large ꝓ Nōndū
omni idēptitate ⁊ cōuenientia. nā l3 res nō ſit ꝓprie ſilis
ſibi ipſi: eſt tamen eadē ſibi. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et oīſariā alterā ⁊ nullatenus idem ſimili T.c.49.
ter: neq3. n. patieꝛ albedo a linea aut linea ab
albedine: preter q̄3 ſm accidens puta ſi acci
dat albā ſiue nigrā lineā eſſe.

¶ Probat agēs ⁊ patiens nō oio eſſe diſſilia: ⁊ duo facit ſ3
ꝙ duas rōnes adducit. 2ª ibi. (Nō exterius. n.) Dicit ḡ ꝙ
ſi patiēs ſit oīſariā alterū ⁊ nullatenus idē ſilr̄ ſupple non
patieꝛ. nō. n. qd̄libet patiꝛ a quol3: qꝛ albedo non patiꝛ a li
nea: nec linea ab albedine: niſi foꝛte ſm accn̄s: puta ſi acci
dat lineā eſſe albā aut nigrā: qꝛ plus diſtat liea ab albo cū
non ſint eiuſdē generis q̄3 albū a nigro. nō in quacūq3 ḡ
diſtantia agūt ⁊ patiuntur. ¶ Nōndū aūt ph̄m non cu- Nōndū
rare h̄ dici exēplis. ꝯſtat. n. lineā nō eē ſubm̄ albedis: ſ3 ſuꝑ
ficiē. rurſum albū ⁊ nigrū nō ꝓprie imutanꝛ realr̄: ſed in-
tētionalr̄ tn̄ ſufficit dictū exēplū ad ꝓpoſitū. vult. n. ph̄us
nō q̄tcūq3 diſtāt ad ſeinuicē agere: ſed oppoſita ⁊ ſi alia
agūt h̄ ē inq̄tū in eis reſeruaꝛ oppō. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Nō exterius. n. ipſa ſeipſa a nā faciūt que-
cūq3 neq3 ꝯria neq3 ex contrarijs ſunt.

¶ Adducit ſcd̄am rōnem que eſt quaſi expoſitiua rōnis
prime dicens: quecunq3 non ſunt contraria nec ex contra-
rijs non faciunt ſe exterius a natura ſua. i. non coꝛrumpūt
ſeipſa: ſed ſupplendum eſt: quecunq3 non coꝛrumpunt ſe-
ipſa non agūt ⁊ patiuntur ad ſeinuicē. opꝫ ergo eē ꝯria q̄
ſunt ſic actiua ⁊ paſſiua: ſed inter ꝯria eſt aliqua cōuenie-
tia: ⁊ ꝯria non per omnē modū diſtāt. ergo actiua ⁊ paſſi-

ua non sunt diſaria altera. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed quoniā non quocunq̧ innatū eſt pa
ti ⁊ facere: ſed quecūq̧ aut cōtraria ſunt aut
cōtrarietatē habēt neceſſe eſt patiens ⁊ faci/
ens genere quidē ſimile eſſe ⁊ idē: ſpecie aūt
diſſimile ⁊ contrarium.

T.c.50. ¶ Poſtquam oſtendit actiua ⁊ paſſiua eſſe nō omnino al/
tera nec omnino ſimilia: declarat quomodo ſunt altera: ⁊
q̄ūo ſilia: q2 ſūt ſilia genere: ⁊ altera ſpecie: ⁊ duo facit: q2
ꝓmo premittit quod intēdit. 2° probat quod dixerat: ibi.
(¶ Innatum eſt enim.) Dicit ergo ꝙ non quodcūq̧ eſt
innatum pati ⁊ facere in quodcunq̧: ſed quecūq̧ aut ſūt
contraria aut hn̄t ꝯrietatem ſunt ſic actiua ⁊ paſſiua: cuꝫ
ergo cōtraria ſint eadē genere ⁊ diuerſa ſpē: neceſſe eſt pa/
tiens ⁊ faciens genere eſſe ſimile: ⁊ idem ſpē aut diſſimile
⁊ contrarium. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Innatum eſt eni corpus a corpore: ſaporē
aūt a ſapore: colorē aūt a colore pati: vniuer
ſaliter autē homogeneum ab homogeneo
Huius autem cauſa quoniaꝫ cōtraria in eo/
dem genere omnia: faciunt autem ⁊ patiun
tur contraria abinuicem.

¶ Probat qd̄ dixerat: ⁊ duo facit ſm̄ ꝙ dupl̄r illud ꝓbat.
primo enim probat illud inductione. 2° rōne: ibi. (Etenim
vl̄r negatio.) Circa ꝓmum duo facit: q2 primo inducit in
pluribus q̄ūo ꝯrium a ꝯrio patiꝛ. 2° cōcludit ꝯcluſionem
intentam: ibi. (Quapp̄ neceſſe.) Dicit g̃ ꝙ innatuꝫ eſt cor
p° pati a corpore. ſaporē a ſapore. colorē a colore: ⁊ vl̄r ho
mogeneū. i. eiuſdē generis. ab hōgeneo. i. ab alio eiuſdē ge
T.c.51. neris. cā autem huius eſt: q2 contraria ſunt oīa in eodē ge
nere: ⁊ talia que ſunt ꝯria faciūt ⁊ patiūꝛ abinuicē. ¶ No
tandū aūt ꝙ cū dr̄ corpus pati a corp̄e accipit ibi corpus
nāle. qd̄ eſt ꝯiunctum qualitatibus actiuis ⁊ paſſiuis. rur/
ſum per ſaporem ⁊ colorem intelligit qualitates actiuas ⁊
paſſiuas inherentes corp̄i nāli: per q̄s fit actio ⁊ paſſio. vel
Nōndū poſſumus dicere ꝙ color patiꝛ a colore: ⁊ ſapor a ſapore ⁊
qualitates ſcd̄e a q̄litatib° ſcd̄is: inquantū in hꝫ qualita/
tibus ſecūdis reſeruaꝛ v̄tus qualitatū primarum vt nigrū
patitur ab albo inquantuꝫ albū eſt cōiunctū frigido ⁊ ni/
grum calido. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter neceſſe eſt qualiter quidē eē
eadem faciēs ⁊ patiēs: qualiter autem alte/
ra ⁊ diſſimilia abinuicē. Quoniā aūt faciens
⁊ patiens genere quidē eadē ⁊ ſimilia ſunt:
ſpecie autem diſſimilia: talia autem contra/
ria manifeſtum quoniam actiua ⁊ paſſiua ſi
bi inuicem ſunt ⁊ contraria ⁊ media.

¶ Concludit concluſionem intētā dicēs. ꝙ ſi eſt neceſſe fa/
ciens ⁊ patiens eſſe eadē qualr̄. i. aliqualr̄ ſiue aliquo mō
⁊ eſſe aliqualiter altera ⁊ diſſimilia adinuicē. ſunt. n. faciēs
⁊ patiens ⁊ ſilia ⁊ diſſilia: q2 genere ſūt eadē ⁊ ſilia. ſpē au/
tem diſſilia: ⁊ q2 talia ſunt ꝯria: manifeſtum eſt ꝯria ⁊ me
dia eſſe actiua ⁊ paſſiua ſibiīnuicem: ⁊ dicit contraria me/
dia q2 in ipſis medijs reſeruaꝛ aliqua rō ꝯrietatis. rurſuꝫ:
q2 tam ꝯria q̄ꝫ media ſunt eadē genere ⁊ diuerſa ſpē quuꝫ
talia ſint actiua ⁊ paſſiua tā ꝯria q̄ꝫ media actiua ⁊ paſſi/
ua erunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eteni vniuerſaliter generatio ⁊ corruptio
in his: ideo rationabile iā ignē calefacere: ⁊
frigidū infrigidare: ⁊ vniuerſaliter faciens
aſſimilare ſibiįpſi patiens: faciens eni ⁊ pa/ T.c.51.
tiēs cōtraria ſunt ⁊ gn̄atio in cōtrariū: q̄propter neceſſe eſt faciens ⁊ patiens tranſmuta
ri: ſic eniꝫ generatio in ꝯtrariū erit.

¶ Quod probauerat inductione: probat per rationeꝫ: que
talis eſt. ex quibus ⁊ in quibus eſt generatio ⁊ corruptio:
ex his ⁊ in his eſt actio ⁊ paſſio: q2 actio ⁊ paſſio ad gene/
rationem ordinantur: ſed vniuerſaliter generatio ⁊ cor/
ruptio eſt in his. i. in contrarijs. ergo ſupple actio ⁊ paſſio
inter contraria habet eſſe. ¶ Et q2 ita eſt: rōnabile eſt vnū
oppoſitorum agere in aliud ⁊ trahere ipſum ad naturam
ſuam. rationabile eſt ergo igneꝫ calefacere frigidum ⁊ fri
gidū infrigidare calidū: ⁊ vl̄r faciēs aſſimilare ſibiįpſi pa
tiens: ⁊ rationabile eſt dicere ꝙ faciens ⁊ patiens ſunt con
traria cum generatio ſit in contrarium: q̄propter: q2 ita ē:
neceſſe eſt patiens tranſmutari in faciens: q2 ſic. i. illo mo/
do gn̄atio erit in cōtrariū. ſi vnum oppoſitoꝝ tranſmuteꝛ
in aliud ⁊ patiens tranſmuteꝛ in nām agentis.

SEcūdū rōnem autem non eadem
ſunt dicētes. ambos tamen eſt tan
gere naturam.

¶ Poſtq̄ꝫ pħs oſtendit. quare antiqui philo T.c.52.
ſophi diſcordabāt in loquendo de actiuis ⁊ paſſiuis: q2 vt
dicebatur nō reſpiciebant ad totū: ſed ad partem. In parte
iſta oſtendit quare diſcordabant in aſſignando rationem
agendi ⁊ patiendi. non enim eandem rationeꝫ aſſignabāt
omnes: ſed quidam dicebant huius rationem eſſe conue/
nientiā ⁊ ſimilitudinem: quidam vero diſſilitudinē: qd̄ iō
contingebat. q2 nō reſpiciebant ad totum: ſed ad ptē. nam
nec ſimilitudo nec diſſimilitudo eſt ratio agendi vel patiē
di: licet vtrunq̧ ibi concurrat. duo ergo facit: q2 primo ꝓ/
mittit qd̄ intendit. ſecūdo declarat ꝓpoſitum oſtēdens taꝫ
ſimilitudinē q̄ꝫ diſſimilitudinem ſiue tam cōuenientiā q̄ꝫ
diſconuenientiā concurrere ad actionē ⁊ paſſionem. ſcd̄a
ibi (Dicimus enim pati.) Dicit ergo. ꝙ ſecundum rōnem
ſupple agendi ⁊ patiēdi antiqui pħi nō erāt dicētes eadē:
q2 non aſſignabant eandē rōnem actionis ⁊ paſſionis: ſed
quidam dicebant huius rationem eſſe ſimilitudinem. qui
dam vero diſſimilitudinem: ambos v̄o ſic dicentes verum
eſt tangere. i. contingere tāgere naturā agendi ⁊ patiendi.
¶ Notandum autem ꝙ dicit tangere: q2 cum quelibꝫ di
ctarum opinionū deficeret: ⁊ nulla conſideraret ad totuꝫ
nulla comprehendebat naturā actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ: ſed q̄
libet ſecundum partem tāgebat eā. ¶ Notandum etiam Nōndū
ꝙ dicit nām. nam natura ſm̄ pħm. ſcd̄o phyſicoꝝ dicitur
de materia ⁊ forma. quarum quelibet facit aliquo modo
ad actionem ⁊ paſſionem. quelibet ergo dictarum opinio Nōndū
num tangebat aliquo mō naturā agēdi ⁊ patiendi: aliter
tn̄ ⁊ aliter: q2 dicentes ſimilitudineꝫ ⁊ conuenientiā eē hu
ius rōnem tangebant nām materie. dicentes v̄o diſſimilitu
dinem tangebant nām forme. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicimus eniꝫ pati quādoq̧ ſubiectū qui
dem: verbi gratia: ſanari hominē ⁊ calefieri
⁊ infrigidari ⁊ alia eodē modo: quādoq̧ au
tem calefieri frigidum: ſanari aūt laborans:
ambo autem ſunt natura eodeꝫ modo ⁊ de
faciente: quandoq̧ autem calefacere hoiem
inquimus: quandoq̧ autem calidum.

¶ Manifeſtat propoſitū videlicet ꝙ nec conuenientia tm̄
nec diſcōuenientia eſt ratio agēdi ⁊ patiēdi: ſed quodāmō
ibi vtrunq̧ concurrit: ⁊ duo facit: quia primo facit quod
dictum eſt. ſcd̄o quod dixerat agens ⁊ patiens cōuenire in

T.c.53. mã oñdit quomodo hoc sit verũ. 2ª ibi. (Eodem modo su scipiendum.) Circa primum duo facit: qꝛ ꝑmo comparat agens ad patiens. 2° ex tali comparatione concludit veritatem intentam: ibi. (Est quidem. n.) Dicit ergo ꝙ quandoqꝫ dicimus pati subm. v. g. dicimus hominẽ sanari calefieri ⁊ infrigidari: ⁊ alia eodem modo: sed quandoqꝫ dicimus pati ꝯrium vt calefieri frigidũ sanari laborãs: ambo autem sunt vera. i. nãliter vera: sed vnum est veꝝ per nãz forme: aliud ꝑ nãm mãe: ⁊ quod diximus de patiente eodem modo dõm est de faciente: nam qñqꝫ dicimus agere subz: vt cũ inquimus calefacere hoiem: quod nõ est contrariuz frigido vel frigidato: qđ calefit: sed vnũ ⁊ idẽ manens põt subijci calido ⁊ frigido. qñqꝫ aũt dicimus calefacere calm quod est contrariũ frigido. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est quidem enim vt materia patiꝭ: est aũt vt contrariũ: ad id qdẽ igitur respicientes: idẽ oportere habere existimauerũt facere ⁊ pati: ad alterũ autem contrarium.

¶ Cõcludit veritatẽ intentã dicens: ꝙ qꝛ aliqđ patiꝭ: vt mã aliqđ vt ꝯrium ⁊ vt forma. respicientes ad idẽ vt ad mãm que est eadẽ sub vtroqꝫ ꝯriorum estimauerunt facere ⁊ pati oportere hr̃e idẽ ita ꝙ idẽtitas erat rõ agendi vel patiendi. respicientes aũt ad alteꝝ: vt ad formã ⁊ ꝯrium dixerũt contrarium ponentes diuersitatem ⁊ ꝯrietatem esse talem rationem. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.53. ¶ Eodem mõ suscipiendũ est de facere ⁊ pati quo ⁊ de moueri ⁊ de mouere: dupliciter enim dicitur ⁊ mouens: in quo enim est ꝑncipium motus videtur hoc mouere: principium enim prima causarum: ⁊ rursus vltimum aliquid id quod mouetur ad generationem: similiter autem ⁊ de faciente.

¶ Probat qđ supposuerat. dixerat. n. ꝙ in actione ex dr̃ia ex ꝑte forme ⁊ ꝯrij: ⁊ conuenientia ex ꝑte mãe subi. ostẽdit
Nõndũ ergo quomõ agens ⁊ patiens ꝯueniunt in mã. ¶ Ad cuiꝰ euidẽtiam notandum ꝙ inter agentia solum agẽs ꝓpriũ est id quod agit in passum: ⁊ cõuenit in mã cũ passo: sed ꝓpriũ vno mõ diuidiꝭ ꝯ methaphoricuz. alio mõ diuidiꝭ ꝯ vl̃e ⁊ ꝑmũ: iõ duo facit: qꝛ ꝑ oñdit ꝙ agens vl̃e ⁊ ꝑmũ nõ agit in passum: nec cõicat in mã cũ eo. 2° oñdit hoc de agẽ
T.c.55. te methaphorico. 2ª ibi. (Est aũt factiua cã vnũ ꝑncipiũ.) Circa ꝑmũ tria facit. qꝛ ꝑ narrat ⁊ oñdit ordinẽ ipsorum agentium. 2° qđ dixerat expõit in termĩs. 3° ex ordine narrato cõcludit veritatẽ intentã. 2ª ibi (Etenim medicuz.) 3ª ibi. (Quecũqꝫ aũt nõ hñt.) Dicit ğ ꝙ sicut est ordo inter mouentia ⁊ mobilia sic est ordo inter actiua ⁊ passiua: eodem ergo modo vr̃ suscipienduz esse de facere ⁊ pati: qđ de mouere ⁊ moueri: mouẽs aũt diciꝭ aliqđ duplr̃. vnũi quo est ꝑncipiũ motus. i. mouens ꝑncipale: ⁊ hoc vʒ mouere nõ motum supple: qꝛ hꝰ ꝑncipiũ est ꝑma cãꝝ. i. cã principalis nõ mota rursus. Alio mõ diciꝭ mouẽs aliqđ vltimũ. i. aliquid qđ est vltimũ ⁊ ꝓximũ: ⁊ imediate mouẽs: id est qđ cũ supple mouet ad gñationem moueꝭ. ⁊ de faciẽte eodez mõ dõm est: qꝛ sicut est deuenire ad mouẽs imobile: ita est deuenire ad agens impassum. ¶ Consequenter cũ dicit.

¶ Etenim medicũ sanare dicimus ⁊ vinum: primũ igitur mouens nihil ꝓhibet in motu quidẽ imobile esse in quibusdam autez ⁊ necessarium: vltimũ autẽ semper mouere motum: in actione autem primũ quidez impassibile: vltimũ autem ⁊ ipsum ꝑatiens.

¶ Exponit in terminis qđ dixerat dicens: qđ nos dicimus medicuz siue artem medicine sanare: ⁊ dicimus vinum sanare: sed tamen ars medicine sanat in motu: vinum autez sanat cũ assumiꝭ in alimẽtũ ⁊ alteraꝭ ⁊ transmutaꝭ. ꝑmũ ğ mouens nihil ꝓhibet eẽ imotuz ⁊ imobile: imo in qbusdã est necessariuz: qꝛ est de necessitate deuenire ad motorẽ immobilem: sed mouens alterũ. i. ꝓximũ ⁊ immediatũ necesse est sꝑ mouere motũ: ⁊ sicut in motu est: sic ⁊ in actiõe se hʒ: qꝛ primũ agẽs agit impassibile. vltimum autem cuz agit ⁊ ipsum patiꝭ siue est patiens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quecũqꝫ autẽ non habent eandem materiã faciunt impassibilia entia: verbi gratia: medicina eni ipsa faciens sanitatẽ nihil patitur a sanato: cibus aũt faciens ipse patiꝭ ẽt: aut enim infrigidaꝭ aut calefit aut aliud qđ patiꝭ simul faciens: est enim medicina qdez vt principiũ: vltimũ aut cibus est ⁊ tãgens.

¶ Quecũqꝫ quidẽ igitur nõ in materia habent formã: hec quidez ĩpassibilia sunt actiuorũ quecunqꝫ in materia passiua.

¶ Cõcludit veritatẽ intẽtaz: ⁊ duo facit: qꝛ ꝑ facit quod dictũ est. 2° assignat rõnẽ dicti. 2ª ibi. (Mã quidẽ enim.) Dicit ergo ꝙ quecũqꝫ nõ hñt eãdem mãm faciunt ĩpassibilia entia. i. cũ agũt nõ patiunꝭ. v. g. ipsa medicina. i. ars medicine: qꝛ nõ cõicat in mã cũ corꝑe sanato: qꝛ nõ ẽ in mã corporali: sed in aĩa: ideo cũ facit sanitatem nihil patiꝭ a sanato: cibus aũt qꝛ cõicat in hꝰ mãm faciẽs sanitatẽ: ipse etiaz patitur: qꝛ cũ assumitur in alimentum aut calefit: aut ĩfrigidaꝭ: aut aliquid aliud patiꝭ simul patiens. i. simulꝰ agendo patiꝭ: ⁊ qꝛ sic est medicina est ꝑncipium. i. agens principale. cibus aũt est agens vltimũ ⁊ tangens. i. ꝓximum ⁊ imediatũ: pʒ ergo que cõicãt ĩ mã ⁊ que nõ: qꝛ illa que agũt passa cõicant in mã: que vero agunt impassibilia non cõicant in mã: iõ ait ꝙ quecũqꝫ in mã nõ hñt formaz sunt de numero eoꝝ actiuoꝝ q̃ sunt ĩpassibilia: quecũqꝫ autẽ hñt formã in mã agũt passiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Materia quidẽ dicimus oẽs silr̃ eandẽ vt T.c.54
ita dicaz esse oppositorũ cuilibet ⁊ vt genus ens: potens aũt calidũ: esse presente calefaciente ⁊ approximãte necesse est calefieri.

¶ Assignat cãm dicti: ⁊ duo facit: qꝛ ꝑ facit qđ dictum est. 2° cõcludit distinctionem prius datã de actiuis ⁊ passiuis esse verã: ibi. (Ideo queãdmodũ.) Diꝭ ergo ꝙ oẽs dicimꝰ esse mãm eandẽ: vt ita dicam cuiuslibet oppositorum: dicit: vt ita dicam: qꝛ nõ est eadẽ ꝑ oẽm moduz. est. n. eadem ꝟm ẽẽntiam nõ ꝟm esse. ⁊ hꝰ mã est vt agens ens: nã sicut genus se hʒ ad dr̃ias oppositas: ⁊ ꝯhitur ad diuersas spẽs per eas: ⁊ intelligiꝭ per abnegationem eorũ: sic ⁊ mã se habet ad formas oppositas ⁊ determinaꝭ per eas: ⁊ intelligiꝭ per abnegationem eaꝝ: ⁊ qꝛ materia est sic susceptiua oppositaꝝ formaꝝ approximante ⁊ pñte calefaciente necesse est calefieri. ergo agens approximatũ: qꝛ cõicat in materia de necessitate agit passum. ¶ Notandũ aũt ꝙ non est Nõndũ
actio ⁊ passio nisi inter ꝯria: vt calidũ nõ agit nisi in ꝯriuz vt infrigidũ: ⁊ si agit in tepidũ hoc est inquantũ tepidũ cõparatũ ad calidũ hʒ rõnẽ frigidi: ⁊ qꝛ in tali actione calidum appropinquat frigido ⁊ ecõuerso. vtrunqꝫ agit ⁊ patitur: ideo agentia approximata: qꝛ cõicant in mã sunt simul actiua ⁊ passiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ideo queãdmodũ dictũ ẽ: hec qdẽ ĩpassibilia actiuoꝝ: hec aũt passibilia: ⁊ queãdmo

dum ⁊ in motione eodẽ modo hꝫ ⁊ in actione. illic enim primitus mouẽs immobile ⁊ in effectiuis primitus faciens impossibile.

¶ Cõcludit distinctionẽ prius datã esse verã: nã si agentia principia: qꝛ cõicant in materia simul cum agunt patiuntur: non communicantia aũt nõ. ideo queadmodũ dictuꝫ est: hꝫ actiuoꝝ sunt impassibilia: hꝫ quidẽ passibilia: qꝛ quẽadmodũ se hꝫ in motione eodem modo se habet in actione. illic. n. s. in motiõe primitus mouens est immobile ⁊ in effectiuis ꝑmitus faciens est ĩpassibile. ¶ Deinde cũ dicit.

T.c.55. ¶ Est enim factio cã vt vnde ꝑncipium motus: cuius aũt gratia non actiua. Nã sanitas nõ factiua est nisi ſm methaphoram.

¶ Ut superius dicebaꝛ agens qð cõicat in mã est agens ꝓprium: put ꝓprium diuidiꝛ cõtra methaphoricũ: ostenso ergo ꝙ agentia in mã sunt propria: qꝛ non sunt vniuersalia ⁊ ꝑma: hꝫ oñdit hꝰ agentia esse ꝓpria que non sũt methaphorica: ⁊ tria facit: qꝛ ꝑ distiguit inter agens propriũ ⁊ methaphoricũ. scðo oñdit agentia propria communicare in mã ⁊ agere passiua. tertio oñdit agentia methaphorica ſm ꝙ hꝰ non cõicare in materia: qꝛ nõ agunt passa. secunda ibi. (Et enim facientes.) 3ª ibi. (Ignis igiꝛ hꝫ.) Dicit ergo ꝙ cã factiua est duplex vna vñ est ꝑnᵐ motus. i. efficiens: ⁊ alia est finis. vtrũqꝫ. n. tam finis qꝫ efficiens facit ⁊ mouet: sed efficiens ꝓprie: finis methaphorice: ideo ait. talia autem gratia. i. causa finalis non est factiua supple ꝓprie. nam sanitas non est quid factiuũ nisi ſm methaphoram. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim faciens qdeꝫ qñ existit generatur aliquid patiens: abitibus autem ꝑsentibus non adhuc generaꝛ aliquid: sed est iã. Species aũt ⁊ finis habitus qdẽ: materia autem ſm ꝙ materia passiuum.

¶ Posita distinctione inter agens propriũ ⁊ methaphoricũ. Ostendit ꝙ agens proprium cõicat in mã cũ passo: qꝛ assimilat sibi ipsum: qð esse non posset nisi ageret passum ⁊ cõicaret in mã cũ passo: ideo ait ꝙ qñ faciens existit presens generaꝛ aliqd patiens. i. passiuum patiꝛ quousqꝫ introducatur forma: ⁊ assimileꝛ agenti: sed habitibus ꝑsentibus in mã. i. introducta forma non adhuc generatur aliquid nec vlterius assimilaꝛ: sed iam est completa assimilatio. nam assimilaꝛ ſm formã que est species: ⁊ habita est finis passionis patiꝛ. autem ſm mãꝫ: qꝛ mã ſm ꝙ hꝰ est qd passum. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.60. ¶ Ignis qdẽ igitur in materia habet calidũ si aliqd separatũ calidũ erit: hoc nihil pateretur: hoc quidẽ igiꝛ forsitan impossibile sepatum esse. Si aũt sũt quedã talia in illis vtiqꝫ erit verũ qð diciꝛ. Quid quidem igiꝛ facere ⁊ pati: ⁊ in quibus existit ⁊ quare ⁊ quomodo determinatum sit hoc modo.

¶ Oñdit agẽtia methaphorica non cõicare in mã: qꝛ non agunt passa: dicẽs: ꝙ qꝛ ignis hꝫ calidum. i. formam caloris in mã: ideo supple agit passum sed si esset aliqð calidũ separatũ a mã hꝫ in agẽdo nihil patieꝛ: ⁊ addit ꝙ videlicet calidũ forsitã impossibile est esse separatum. nam agentia nãlia nõ habent esse separatũ. quedaꝫ talia que hñt esse separatũ in illis vtiqꝫ erit veꝝ qð dicitur. vꝫ. qð agerent impassibilia: ergo que agunt passa cõicant in mã ⁊ econuerso: ⁊ tunc supplendum est ꝙ cũ fines ⁊ agentia methaphorice: qꝛ agunt impassibilia: ideo talia ſm ꝙ hꝰ nõ opꝫ cõicare in mã. de rõne. n. finis est ſm huius ꝙ moueat imobile: vtrũ aũt aliquod agens methaphoricũ cõicet in mã cũ passo in declarationibus patebit. ¶ Notãdũ aũt ꝙ dicit forsitã calidũ nõ põt habere esse sepatum: ⁊ dicit si aliqua sunt talia que habeãt esse sepatum: qꝛ hoc postulat negocium methaphoricum. ideo hꝫ de hac materia dubitando ⁊ sub conditione loquiꝛ: ideo ſm veritatẽ calidum nõ habet esse sepatum. sunt nihilominus aliqua agẽtia hñtia eẽ sepatũ. Ultimo epilogat ꝙ qd est de facere ⁊ pati ⁊ quibꝰ existit: vtrum similibus ⁊ dissimilibus: ⁊ quare siue que sit causa actionis ⁊ passionis: vtrũ similitudo vel dissimilitudo: ⁊ qũo se habeãt agentia ⁊ patientia: vt vtrum cõicent in mã vel nõ determinatũ sit hoc modo. ¶ Notandũ aũt intellectũ totius lectionis ꝯsistere in tribus. primum est. ꝙ agens ⁊ patiens differunt in forma: ⁊ conueniunt in mã. secundũ est. nõ oĩa agentia cõicare in mã: sed agentia ꝑticularia non vlĩa. tertium est ꝙ agentia que mouent mota ⁊ agunt passa: ⁊ cõicant in materia: ⁊ assimilãt sibi passum sunt agẽtia ꝓprie nõ agẽtia methaphorice. finis. n. ſm ꝙ hꝰ nõ assimilat sibi passum: qꝛ nõ mouet mãm. sed mouet efficientem tangentem. hꝫ aũt sic debet adaptari ad propositum. Intentio. n. pħi in tota lectione est ꝙ sicut nõ ẽ simpliciter cõcedendũ cõueniẽs pati a cõuenienti: sed debemꝰ dicere agens ⁊ patiens aliquo modo differre ⁊ aliquo modo conuenire: sic nec conuenientia est tota causa actionis ⁊ passionis nec dĩa: sed vtrũqꝫ ibi cõcurrit. nam ex ꝑte materie est ibi ꝯuenientia: ex ꝑte forme dĩa. rursuꝫ ex ꝑte agẽtium particularium est ibi conuenientia in mã. nõ autem ex ꝑte vlium. Amplius est ibi assĩlatio ex ꝑte agẽtis ꝓprie: qð mouet mãm ⁊ trãsmutat ad sui sĩlitudinẽ. nõ aũt proprie loquendo ſꝫ ꝙ hꝰ est ibi assimilatio ex ꝑte mouentis methaphorice ꝙ non mouet mãm: sed agentem. Nõndũ



Quomodo autem cõtingat hoc accidere rursus dicamus.

¶ Postqꝫ pħs determinauit de agere ⁊ pati ſm opiniones antiquorum qꝫtuꝫ ad q̃litates actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ: ⁊ vtrũ sĩle patiaꝛ a sĩli: vel dissĩle a dissimili: ⁊ vtruꝫ sĩlitudo vel dissĩlitudo sit rõ actionis ⁊ passionis. In ꝑte ista determinat de agere ⁊ pati qꝫtũ ad modum agendi vel patiendi: vt vtrum actio ⁊ passio fiat per poros vel quomodo aliter: ⁊ duo facit: qꝛ primo cõtinuat se ad dicenda. 2° exequitur de intento: ibi (His quidem videtur.) continuetur autem sic dictuꝫ ẽ quale dꝫ esse agens ⁊ patiens ⁊ rursus dicamus qũo contingat accidere hꝫ fiat actio ⁊ passio. ¶ Deinde cum dicit. T.c.56.

¶ His quidẽ vꝛ pati vnũqðqꝫ per quosdam poros ingrediente faciẽte vltimo ⁊ ꝑncipali: ⁊ hoc modo videre ⁊ audire nos inquiũt ⁊ ſm alios sensus sentire omnes. T.c.56.

¶ Exequitur de intẽto: ⁊ tria facit: qꝛ ꝑ narrat opiniões antiquoꝝ circa modũ agendi ⁊ patiendi. 2° cõparat hꝰ opiones ad seiuicẽ. 3° arguit ꝯ eos. 2ª ꝑs ibi icipit. (Leucippus aũt existimatꝰ est.) 3ª ibi. (De indiuisibilibus aut planitiebus diximꝰ poribꝰ ſmonibus.) Circa ꝑmũ tria facit ſꝫ ꝙ tres opiones narrat. ꝑ. n. põit opi. Emp. 2°. Dem. 3° mellissi. 2ª ibi. (Cõpẽdiose aut maxᵉ.) 3ª ibi. (Quidã. n.) ¶ Notandũ aũt ꝙ Empedo. cuius opio. ꝑ poniꝛ posuit ꝙ actio ⁊ passio fieret ꝑ poros ꝑ quos nõ solũ saluabat agere ⁊ pati: sꝫ ẽt sensuꝫ ⁊ mixtionẽ dicẽs: mediãtibꝰ poris hr̃e eẽ sentire ⁊ misceri. duo g̃ facit: qꝛ ꝑmo dicit ꝙ Empedo. saluabat per poros actionem ⁊ sensum. 2° ꝙ saluabat mixtõeꝫ: ibi. (Hi igiꝛ in quibusdã.) Circa primũ duo facit: qꝛ ꝑ premittit qð intẽdit. scðo manifestat quod dixerat: ibi. (Am

T.c.60.
T.c.63.
T.c.57.
Nõndũ

plius videri.) Dicit ergo ꝙ his.i.empedocli ⁊ suis seq̄cib⁹ videtur pati vnūq̄dq̄ ex eo ꝙ faciēs.i.agēs taz vltimū q̄z ꝑncipale ingredit̄ per quosdam poros: ⁊ hoc mō.vz.p h⁹ poros inquiunt nos videre ⁊ audire ⁊ sentire ꝭm oēs alios sensus. ¶ Deinde cū dicit

¶ Amplius videri p aerē ⁊ aquā ⁊ ꝑtrāsparentia: q2 poros h̄nt iuisibiles qdē propter ꝑuitatem: spissos aūt ⁊ ꝭm ordinez ⁊ magis habent transparentia magis.

¶ Manifestat qđ dixerat oñdens q̄uo ampedocles saluabat talia per poros: dicebat enim ꝙ videri fit ꝑ poros ⁊ aerem ⁊ per aquam: q2 aer ⁊ aq̄ que sunt trāspentia h̄nt poros ⁊ h⁹ pori sunt inuisibiles ꝑꝑ ꝑuitatē: ⁊ sunt spissi ⁊ ordinati modo debito: ⁊ q̄to magis corpa sunt transpentia tāto magis h̄nt tales poros: ⁊ qđ dictū est de visu intelligēdum est de omni sensu: ⁊ vniuersaliter de actione ⁊ passione: q2 oīa talia per poros saluabāt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hy igitur in q̄busdā determinauerūt ita: quemadmodū ⁊ Empedocles nō solū in faciētib⁹ ⁊ patientib⁹: sed ⁊ misceri inquiūt ea quoꝝ pori adinuicē sunt cōmensurabiles.

¶ Ostēdit q̄uo per poros saluabāt mixtionē dicens ꝙ hi.s. sequentes empedoclem in quibusdam.i.in agere ⁊ pati ⁊ etiam in mixtione ita determinauerunt: quemadmodum ⁊ empedocles.nam empedocles ⁊ sui sequaces non solum in facientibus ⁊ patientibus: sed etiam in misceri determināt ꝑ poros: inquiunt.n.ea bene misceri quoꝝ pori sūt adinuicē cōmēsurabiles. ¶ Deinde cū dicit.

T.c.57. ¶ Cōpēdiose aūt maxie ⁊ de oibus vno sermone determinauerūt Leucipp⁹ ⁊ Democritus principiū faciētes ꝭm nām qđ est.

¶ Ponit viaz democriti.nam democritus ⁊ leucippus maxime cōpēdiose ⁊ vno sermone determinant de oibus: naz facientes principium corpus indiuisibile: qđ ꝭm eos ē ꝑncipiuz ꝭm nām: ꝑ tale ꝑncipiū saluabāt agere ⁊ pati ⁊ oēs motus nāles. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quidā enim antiquoꝝ opinati sunt ex necessitate esse vnū omne ⁊ immobile.

¶ Ponit opinionez mellissi qui negauit oēm motū.huic g̊ nō fuit cure dare cām actionis ⁊ passionis.q2 cuz negauit vl̄r motū negauit actionē ⁊ passionē: dixit.n.tm̄ vnuz esse ⁊ illud vnū posuit immobile ⁊ infinitū. Jn narrādo āt positionem eius duo facit: q2 p̊ ostendit q̄uo mellissus posuit
T.c.58. vnū ⁊ immobile.scđo q̄uo posuit illud infinitū: ibi. (Et infinitū quoddā.) Circa primū duo facit: q2 ꝑmo ꝑmittit positionem mellissi. 2° assignat pōnis rōnem: ibi (Vacuū.n.) Dicit ergo ꝙ quidam antiquoꝝ: vt mellissus ⁊ sui sequaces opinati sunt esse ex necessitate tantum vnum ens ⁊ immobile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vacuū quidē enim non ens: moueri aūt non posse non ente vacuo separato.

¶ Assignat rōnē dicti: ⁊ duo facit: q2 ꝑmo oñdit qua rōne mellissus negabat motū.scđo oñdit q̄ rōne negabat pluralitatez: ibi: (Neq3 rursus.) Dicit ergo ꝙ mellissus dicebat vacuū nō ens: ⁊ ponebat non posse moueri aliquod mobile non ente vacuo separato in quo recipet̄: intendebat talē ergo rōnē.si motus est vacuū est: mobile.n.cuz mouet̄ nō pōt recipi in pleno: q2 duo corpa essent in eodez.g̊ recipit̄ in vacuo.igitur ad destructionem ꝯn̄tis: cum vacuum nō sit motus nō erit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq3 rursus multa esse non segregante.

¶ Oñdit q̄re negauit multitudinē: multitudo autez tripl̄r pōt poni.p̊ ꝙ dicāt̄ esse multa q̄ nec sunt continua nec contigua. 2° ꝙ h⁹ multa ponunt̄ cōtigua. 3° si ponāt̄ ꝯtinua: iō tria facit: q2 p̊ oñdit ꝙ ꝭm opi.mellissi nō p̄nt esse multa nec ꝯtinua nec cōtigua. 2° ꝙ nō p̄nt esse multa cōtigua
3° ꝙ nō p̄nt cōtinua 2ª ibi. (Hoc.n.nihil differt.) 3ª ibi. (Diuisum fore multa.) Dicit ergo ꝙ rursus non possunt multa poni esse ita supple: q2 nec sunt cōtinua nec cōtigua: q2 talia nō p̄nt poni eē nō segregāte vacuo.si.n.multa entia essent ⁊ nō continuarentur nec contiguarentur oporteret ꝙ vacuum diuideret inter ea: sed vacuum non est.g̊ talis multitudo non est. ¶ Deinde cum dicit. T.c.58.

¶ Hoc eniz nihil differt vt si qs existimet nō continuum esse omne: sed tangere. T.c.58.

¶ Exequit̃ de intẽto: ⁊ duo facit: q2 prio exeqt̃ de principijs formalib⁹ eloꝝ in vl'i. 2° in spãli. 2ª ibi. (Et ẽt non minus.) Principia aũt formalia eloꝝ ẜm q̃ sunt trãsmutata sunt qualitates sensibiles ⁊ ꝯrietates ipse. tria ergo facit: q2 pmo oñdit ꝙ opz dare mãm vnaz subiectaz qualitatibus sensibilibus ⁊ ꝯrietatibus que sunt pnª trãsmutationũ. secũdo dat ordinẽ hoꝝ principioꝝ adinuicẽ. 3° ex his q̃ dixerat reprehendit empedoclẽ ⁊ alios ph̃os sequẽtes ipsum: secũda ibi. (Quapp qdẽ pmũ.) 3ª ibi. (Hec qdẽ. n. transmutant̃.) Dicit ergo. ꝙ mãm insepabilem quidem a ꝯrietate ⁊ subiectaz ꝯrijs debere existimare esse id quod est pmũ ⁊ principium supple elemẽtoꝝ vt sunt trãsmutata. Qđ aũt oporteat dare mãm subiectaz vtriqꝫ cõtrarioꝝ: pz: q2 calidũ nõ est mã frigido: nec hoc. s. frigiduz est materia calido. Sed aliquod subm amboꝝ: quod aliqñ est sub forma vnius: aliquãdo sub forma alterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter quidẽ primũ potẽtia corpus sensibile principium. secũdo autez prime cõtrarietates: dico aũt. v. g. caliditas ⁊ frigiditas: tertio autem ignis ⁊ aqua ⁊ talia.

¶ Quia dixit mãm subtam ꝯrietatibus esse pᵐ ⁊ pnᵐ respectu eloꝝ trãsmutabilium: oñdit q̃o hec principia habent

ordinē adinuicē. Nam pn^m transmutatiōis est mā que est
po^a ⁊ corpus sensibile: vel est hꝰ ꝑncipiū ipsum corpus sen
sibile: qð est po^a ad ꝯrietates. ⁊ etiā ꝑncipiū trāsmutationis
sunt ipse ꝯrietates vt calidū ⁊ frigiduȝ: ⁊ ipsa elēa: vt ignis ⁊
aqua ⁊ talia: ȝ hec principia hn̄t ordinē adinuicē: q2 ꝑmū
tale pn^m est corpus sensibile potētia. secūdo sunt ꝯrietates.
Nōndū tertio sunt elēa: vt ignis ⁊ aqua. ¶ Ad euidentiā aūt dicto
rū notandū ꝙ aliquid: vt dicebaꝭ superius: non est de rō
ne rei vno mō: qð est de rōne rei alio mō. iō qualitates iste
sensibiles ⁊ ꝯrietates: lȝ nō sint pn^a eloꝝ: vt sunt sñba: ⁊ vt
cōsideranꝭ ꝑm se. sunt tñ de rōne ipsoꝝ vt hn̄t esse nāle: ⁊ vt
sunt actiua ⁊ passiua: ⁊ vt considerantur a phico. Sunt. n.
primo modo de rōne eorū vt hn̄t esse nāle: nam vt elēa sunt
actu in reꝝ nā: nūqꝫ sepantur penitus a qualitatibus pri
mis imo si expoliareꝭ penitus nā alicuius elī a qualitati
bus primis. non vlterius saluareꝭ nā illa: vt si natura ignis
expoliaretur a calido ⁊ a sicco nō vlterius remaneret ignis
ꝙ non esset nisi caliditas ⁊ siccitas aliquo modo eēt de rō
2° ne ignis vt est in effectu: ⁊ vt hȝ esse nāle. ¶ Secūdo tales
qualitates ꝯrie sunt de rōne eloꝝ vt sunt actiua ⁊ passiua
⁊ vt trāsmutant se adinuicē: q2 nō sunt talia: nisi vt sunt cō
iuncta qualitatibus: siue vt sunt qualia: ⁊ sic qualitates es
se de ratiōe corporis qualis ꝑm ꝙ hmōi nō est incōueniēs.
3° ¶ Tertio tales qualitates sensibiles sunt de rōne elorum:
vt cōsiderantur a phyco. phycus. n. nō abstrahit a mā sen
sibili: ⁊ q2 res non sunt sensibiles si accipiantur ꝑm suā sim
plicem rationeȝ quidditatis. sed vt sunt cōiuncta qualita
tibus sensibilibus: ideo de cōsideratione phyci sunt qualia
⁊ sensibilia ꝑm ꝙ hmōi: ⁊ q2 opȝ qualitates sensibiles esse
de ratione eloruȝ vt sunt sensibilia. ideo caliditas ⁊ frigidi
tas: ⁊ tales qualitates sensibiles possunt esse de rōne elorū:
Nōndū vt cōsiderantur a phyco. ¶ Notandū etiaȝ cōsideratione
physicam habere gradus ꝑm abstractionē: ita ꝙ vnum ⁊
idē pōt cōsiderari a phyco sub esse magis abstracto ⁊ mi
nus abstracto. Scientia enim nālis ⁊ est scia ⁊ est natura
lis. rōne qua est scia ꝑm abstractionē hȝ statum in infimo.
ratione qua nālis hȝ statum in supremo. naȝ cum scientia
non sit pticulariū: q2 pticulariū non est scia neqꝫ diffinitio
T.c.53. vt dicitꝭ. 7. metha. quare scia nālis eo ꝙ scia est: hȝ statum
in infimo: ⁊ non pōt descēdere vltra spēm spālissimaȝ. Sed
q2 nālis est ꝙ nō abstrahit a mā sensibili habet statum in
supremo: ⁊ nō pōt ascendere vltra corpus sensibile. vnde ⁊
si de aliis ꝯsiderat hoc est vt cōparaꝭ ad talia corpora. Na
turalis ergo p° cōsiderat de corpe sensibili. postea cōsiderat
de tali corpe sensibili: vt ō corpe hn̄te ꝯrietates. Ultimo cō
siderat de corpe sensibili qð est speciei spālissime: vt de igne
Nōndū ⁊ terra. ¶ Notandū etiaȝ ꝙ sicut tota sciētia hȝ suos ter
minos ⁊ suū statū: ita quilibet liber ptialis suos terminos
⁊ suū statum hȝ. Nam sicut tota scia nālis ꝑ se ⁊ ꝑm ꝙ hꝰ
nō transcendit sensibile simpl̄r siue corpus transmutabile
absolute. Ita liber iste de gn̄atione qui est liber partialis ꝑ
habita: hȝ suos terminos: qui termini sunt magis ꝯtracti.
Nam non soluȝ cōsideratio debita huic libro nō transcen
dit corpus transmutabile simpl̄r. sed etiam non transcen
dit corpus trāsmutabile ad formā. Iō primū ꝑm cōsidera
tionē huius libri nō est corpus sensibile absolute: ȝ ē corpꝰ
sensibile potentia ad ꝯrietates. Erit ergo hic ordo: ꝙ priꝰ
ꝑm cōsiderationē debitā huic libro cōsiderabitur corpꝰ sen
sibile: qð est potētia ad ꝯrietates. Naȝ sicut genus est in po
tentia ad ꝑprias drīas: ⁊ pōt cōsiderari genus nō conside
ratis ꝯriis driis: ita nō abstrahēdo a mā sensibili potest cō
siderari corpus sensibile: qð est in potētia ad cōtrarietates
sensibiles: non cōsideratis hmōi q̄litatibus ꝯriis: q̄ sunt q̄si
drīe dicti corporis. Primum ergo vt pertinet ad hāc mām
erit cōsiderare corpus sensibile potentia ad tales ꝯrietates
2° erit considerare corpus sensibile vt informatur differen
tiis ꝯriis. 3° erit cōsiderare corpus sensibile nō soluȝ vt est i
potētia ad qualitates ꝯrias: vel etiā vt informatur qualita
tibus ꝯriis quocūqꝫ mō: sed vt perficitur talibus qualitati
bus ꝯriis ad quas sequitur esse ignē vel aquā vel aliquod
aliud spāle elm. ¶ Notandū aūt ꝙ si cōsideranꝭ predicta Nōndū
textus Ari. dupl̄r pōt exponi. primo vt designeꝭ ordo con
siderationum: nam ꝑm cōsiderationē physicaȝ: vt ostēsum
est: primū est corpus sensibile potētia ad ꝯrietates. 2° ē cor
pus sensibile informatū ꝯriis driis. 3° est corpus sensibile
informatū talibus ꝯriis vt ignis vel aqua. Scdō pōt expo
ni q̄ntum ad ordinē principioꝝ ad ꝑncipiatū ⁊ cōponētiuȝ
ad compositū. Nam sicut dictū est caliditas ⁊ frigiditas
⁊ tales qualitates ꝯrie: licet non sint de rōne elorū: vt consi
derantur ꝑm suā quidditatē absolute: sunt tñ de rōne eloꝝ
vt habent esse naturale: vt sunt actiua ⁊ passiua: ⁊ vt consi
derantur a phyco: ⁊ vt tales qualitates sunt de rōne elorū
⁊ sunt quasi differentie formales eoꝝ: prius intelligiꝭ mā
que est potētia: siue primo intelligitur ipsum corpus sensi
bile in potentia ad ꝯrietates. 2° ipse qualitates: vt caliditas
⁊ frigiditas intelligantur aduenire tali materie ⁊ tali cor
pori. Et 3° ex cōiunctione taliū cōtrarietatū ad tale corpꝰ
resultat inde elm: vt aqua ⁊ ignis ⁊ est sīle. Naȝ sicut quia
hō ꝯstat ex aīa ⁊ corpore: prius intelligo corpus eē in potē
tia ad aīam: ⁊ postea aīam cōiungi corpori. Et 3° intelligo
hoiem resultare ex cōiunctione aīe ad corpus: sic q2 elm: vt
est actiuū ⁊ passiuū cōstat ex corpore sensibili: qð est in po
tentia ad qualitates sensibiles: ⁊ ex ipsis qualitatibus sensi
bilibus. Ideo prīo intelligo tale corpus sensibile: ⁊ 2° intel
ligo ꝙ ei adueniant qualitates ꝯrie. ⁊ 3° ex cōiunctione ta
lium ꝯrietatuȝ ad tale corpus intelligo ꝙ resultat inde elȝ
vt aqua ⁊ ignis. Est. n. primo intellectus generis qð se hȝ
quasi mā. scdō est intellectus driaꝝ que se hn̄t sicut forma
tertio est intellectus speciei que constituiꭓ ex genere ⁊ dria
tanqꝫ ex pn° māli ⁊ formali: ⁊ q2 corpus sensibile: vt spectat
ad ꝑpositum: qð est potentia ad ꝯrietates: se hȝ quasi ge
nus ⁊ mā: ꝯrietates qualitates ipse se habēt quasi drie for
males. elēa vō ipsa vt transmutant se adinuiceȝ: ⁊ sicut acti
ua ⁊ passiua se hn̄t quasi cōstituta ex ꝑdictis. Ideo primo ē
corpus tale sensibile. scdō sunt ipse ꝯrietates. 3° sunt ignis
⁊ aqua ⁊ talia elēa que sunt actiua ⁊ passiua ⁊ constituunꭓ
ex eis. Haꝝ aūt duarum expositionum: lȝ vtraqꝫ vera sit.
secūda tñ magis concordat ad intentionē textus. Sed tñ
ideo ambe adducte sunt: q2 vna facit ad intellectum alte
rius. ¶ Notādū etiā ꝙ sicut elēa appellat phs corpora pri Nōndū
ma: cū tñ non sint prima simpl̄r: nec sunt prima vt sunt de
cōsideratione nālis absolute: ȝ sunt prima vt pertinent ad
cōsiderationē huius libri in quo consideratur de corpori
bus trāsmutabilibus ad formaȝ ⁊ inter corpa sic trāsmuta
ta elēa sunt ꝑma corpora: sic dicere possumus ꝙ corpus sen
sibile: qð est in potētia ad ꝯria: non est ꝑmo ꝑm cōsidera
tionē absolutā: nec etiā est primo ꝑm cōsideratiōe physicā:
phycus enim prius cōsiderat corpus sensibile absolute q̄ꝫ
corpus sensibile tale: qð est in potentia ad ꝯtraria: tñ vt spe
ctat ad cōsiderationē huius libri: in quo non consideratur
de corpore sensibili siue transmutabili simpl̄r: sed ō trans
mutabili ad formaȝ: q2 non est sic trāsmutabile: nisi qð est
in potentia ad cōtraria: corpus sensibile: qð est sic in poten
tia est primum ꝑm considerationem: vt spectat ad ꝑsenteȝ
materiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec qdē trāsmutanꭓ adinuicē: ⁊ nō vt em pedocles ⁊ alij dicūt: semper. n. neqꝫ esset al teratio: cōtrarietates aūt non transmutanꭓ.

¶ Ex his que dicta sunt. Reprehendit empedoclem ⁊ suos
sequaces dicens: ꝙ hec. s. elēa transmutanꭓ adinuicem: cum
dictum sit ea esse subiecta ꝯriis: ⁊ non sunt trāsmutata: vt

Empedocles ⁊ alij sui sequaces dicunt. nam si elementa essent transmutabilia ſm subam: vt ponebat Empedocles non esset vna mã eoꝝ: ⁊ per ꝯñs neq3 esset alteratio: q2 contrarietates non transmutanẗ adinuicẽ. caliditas. n. non fit friditas: sed q2 est vna mã hoꝝ trãsmutabilium: qȯ est sub forma vnius efficiẗ postea alterius. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.6. **¶ Sed ⁊ nõ minꝰ erit corpis qualia ⁊ quanta dicẽdũ principia: alij quidẽ eni supponẽtes vtunẗ ⁊ dicũt: quare aut hec aut tanta.**

¶ Exequitur de dictis differẽtijs formalibus in spãli: ⁊ duo facit: q2 p̄ cõtinuat se ad dicenda. 2° exequiẗ de intẽto: ibi.
T.c.7. (Qm̃ igitur querimus.) Continuatur sic: nõ sufficit dicere qualitates ꝯrias esse drias formales elementoꝝ: vt sunt actiua ⁊ passiua: sed non minus. i. nullo modo dicendũ est qualia ⁊ quanta sunt principia corpis elaris. i. dicendum est quales ⁊ quot sunt tales qualitates sensibiles drie formales. Alij enim incomplete tradentes non ostendũt: quare principia hꝰ sunt hec aut tanta: sed supponentes talia pncipia esse vtunẗ eis. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.7. **¶ Qm̃ igitur querimus corporis sensibilis pncipia: hoc aũt habente est tangibile. tãgibile autez cuius est sensus tactus manifestũ: qm̃ non omnes cõtrarietates corporis spẽs ⁊ principia faciũt: sed solum que ſm tactu3: ⁊ ſm enim contrarietatem differunt: ⁊ ſm tãgibilem contrarietatem.**

¶ Exequiẗ de intento: ⁊ duo facit: q2 p̄ ostendit tales drias formales esse q̃litates tangibiles. 2° declarat quas quali-
T.c.8. tates ponendũ est esse tales drias: ibi. (Ipsoꝝ aũt tangibilium.) Circa primum tria facit: q2 p̄ oñdit q̃litates tãgibiles esse drias. 2° oñdit q̃litates alias nõ esse drias tales. tertio remouet quãdã cauillationem. 2ª ibi. (Ideo neq3 albedo.) 3ª ibi. (Quamuis prior visus.) Dicit ergo. ꝙ nos querimꝰ pnª corpis sensibilis. hoc aũt sensibile corpus: quod querimus est tãgibile: ⁊ q2 tangibile est illud cuius est sensus tactus. Ideo manifestu3 est ꝙ non omnes qualitates corporis nec oẽs qualitates sensibiles faciunt. i. faciendo sunt: vt h3 alia lr̃a ⁊ spẽs. i. forme siue formales differentie ⁊ principia elorum: sed facientes recte solum faciunt talia pncipia qualitates que sunt ſm tactũ. i. qualitates q̃ diffe-
Nõndũ runt ſm ꝯrietatem. i. ſm tangibilem. ¶ Notandum ãt ꝙ corpus sensibile tangibile est illud cuius pncipia querimꝰ q2 tale sensibile hic consideratur: a quali sensibili non abstrahit consideratio huius libri. ⁊ vt spectat ad materiam istam. dictũ est aũt ꝙ in hoc libro intendiẗ de corpe transmutabili ad formam. l3 g̊ corpus sensibile absolute posset forte abstrahi a qualitatibus tangibilibus. corpus tamen vt transmutabile ad formam nũq3 abstrahiẗ a talibus q̃litatibus: ⁊ q2 hic intendiẗ de corpe supple transmutabili. corpus hoc quesitu3 est corpus tangibile. cum ergo pncipia ⁊ formales differentie corpis tangbilis ſm ꝙ hꝰ sint contrarietates tactus: op3 tales cõtrarietates hic esse quesitas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ideo neq3 albedo ⁊ nigredo: neq3 dulcedo ⁊ amaritudo: silr̃ aũt neq3 alioꝝ sensibilium cõtrarietatũ aliqua facit elementum.

¶ Ostendit ex hoc alias contrarietates non esse quesitas dicẽs: ꝙ neq3 albedo: neq3 nigredo: neq3 dulcedo: neq3 amaritudo: ⁊ similiter neq3 alia aliaꝝ cõtrarietatũ sensibiliu3 ab alijs sensibilibus q3 a sensu tactus: nulla. s. talium facit ela. i. pncipiu3 eloꝝ: vel est dria formalis eoꝝ: vt sunt tangibilia: vel vt sunt actiua ⁊ passiua. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quãuis prior visus tactu: q̃propter ⁊ subiectum prius. Sed non est corporis tangilis passio ſm ꝙ tangibile: sed ſm aliud ⁊ si contingat natura prius.

¶ Remouet quandam cauillationem dicens: ꝙ l3 visus sit prior tactu: pp qȯ ⁊ obm visus prius est obõ tactus: sed tñ q2 qualitas visibilis non est passio corpis tãgibilis: ſm ꝙ tangibile: sed ſm ꝙ aliud: vt ſm ꝙ visibile: cũ nos q̃ramꝰ pncipia corpis vt est tãgibile. nõ vt est mutabile: ⁊ sic contingit visu3 esse pus nã: q2 talis porītas accidit ⁊ alienaẗ a cõsideratione nr̃a. Jõ drias visibiles nõ ẽ ponẽdũ eẽ drias formales eloꝝ vt sunt tangibilia: ⁊ sunt actiua ⁊ passiua.

¶ Ipsorum autez tangibiliũ diuidẽdu3 que prime differentie ⁊ contrarietates. Sũt aũt contrarietates secundum tactum he. calidũ ⁊ frigidum: humidum ⁊ siccum: graue ⁊ leue: durum molle: lubricum aridu3: asperum lene: grossum ⁊ subtile. T.cõ.8.

¶ Postq̃3 phs dixit q̃litates tãgibiles eẽ eloꝝ formales differentias ⁊ eẽ pnª eoꝝ. Mõ vt dcm̃ est ne laborer in equiuoco: q2 multe sunt qualitates tangibiles oñdit in pte ista quas qualitates de numero tangibiliũ ponendũ est esse tales drias ⁊ alia pnª. Jõ duo facit: q2 p̄ enumerat diuersas ꝯrietates tãgibiliũ. 2° oñdit q̃s illaꝝ ponendũ est esse talia pnª: ibi. (Hoꝝ aũt graue.) Dicit g̊. ꝙ dõm est ꝯrietates ipsorum tangibiliũ: ⁊ oñdendum est que sunt pme drie ⁊ cõtrarietates tangibiles: sũt aũt ꝯrietates ſm tactũ: hec. 7. s. pma est calidũ ⁊ frigidũ. 2ª humidũ ⁊ siccũ. 3ª graue ⁊ leue. quarta durum ⁊ molle. quinta lubricũ ⁊ aridu3. sexta asperꝫ ⁊ lene. septima grossũ ⁊ subtile. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Hoꝝ aũt graue quidez ⁊ leue neq3 actiua neq3 passiua: non enim in faciendo aliquid aliud neq3 in patiendo ab alio dicũtur. oportet aũt actiua inuicez ⁊ passiua esse elemẽta: misceñ. n. ⁊ transmutanẗ adinuicez. calidũ enim ⁊ frigidũ: humidũ ⁊ siccum: hec qdez q2 actiua sunt: hec aũt q2 passiua dicuntur.

¶ Exeqẗ de p̄dictis: ⁊ duo facit: q2 p̄ oñdit qd tenendũ sit de graui ⁊ leui. 2° qd de alijs qualitatibꝰ: ibi. (Calidũ. n. est.) Dicit g̊. ꝙ hoꝝ siue haꝝ qualitatũ tangibiliũ: graue qdẽ ⁊ leue non sunt actiua ⁊ passiua: q2 nõ dicunẗ. i. nõ describunẗ: nec diffiniunẗ graue ⁊ leue. i. faciendo aliqd aliõ neq3 in patiendo ab alio: ⁊ q2 ela vt de eis loquimur o3 eẽ actiua ⁊ passiua adinuicez. Jõ supple vt ad ppoᵐ spectat graue ⁊ leue nõ pñt eẽ eloꝝ pncipia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Calidum. n. est q2 cõgregat homogenea: segregare enim qȯ inquiunt facere ignẽ: cõgregare aũt est q̃ eiusdez tribus: cõtingit. n. extollere alienigena: frigidum autem quod coniungit ⁊ congregat: similiter ⁊ singenea ⁊ non eiusdem tribus.

¶ Dicit qd sit tenẽdũ de alijs q̃litatibus: ⁊ pbat ꝙ calidũ ⁊ frigidum: humidũ ⁊ siccu3 sunt ille qualitates q̃ st eloꝝ pncipia. vt sũt actiua ⁊ passiua. ¶ Ad cuius euidẽtiã noᵐ Nõndũ
ꝙ qualitates tãgibiles q̃ ponunẗ eloꝝ pnª non sunt transmutata adinucẽ duo in se hr̃e debent. p̄ qdem debent esse actiue ⁊ passiue: q2 sine actione ⁊ passione nõ fit transmutatio. 2° nõ debẽt reduci in alias q̃litates: q2 si in alias q̃litates reducerenẗ iã non essent pme: nec deberent dici prin-

cipia. Duo ergo facit: q2 primo ostendit calidu3 ⁊ frigidū humidum ⁊ siccum eē huius principia: qa sunt actiua ⁊ passiua. secundo q̄ nō reducunt̄ in alia: sed magis alia re
T.c.15. ducuntur in ipsa. secunda ibi. (Manifestū igitur quoniā omnes.) Circa primum duo facit: q2 p̊ ostendit cal3 ⁊ frigidum esse talia principia: q2 sunt actiua. secundo ostēdit hoc idem de humido ⁊ sicco: eo q̄ sint passiua: ibi. (Humi
T.c.9. dum enim indeterminatum.) Dicit ergo q̄ calidum ⁊ frigidu3 possunt esse huiusmodi principia: quia sunt actiua: Nam calidum est actiuum: qa congregat homogenea: ⁊ segregat etiā etherogenea. ideo sapientes inquiunt ignē facere segregare alienigena ⁊ etherogenea. congregare autē hōgenea que sunt eiusdē tribus ⁊ eiusdē prolis: sed extollit ⁊ segregat alienigena. supple etiam frigidum est actm̄. q2 cōiungit ⁊ cōgredat oīa similr̄. i. vniformiter siue fuerit singenea ōnigena. i. hōgenea ⁊ non eiusdem tribus. i. sicut
Nōndū etherogenea. ¶ Notandū autem q̄ calidū rarefacit ⁊ rarefaciendo qcqd est ibi subtile eleuatur ⁊ euaporat. Jō dr̄ cōgregare hōgenea: qa grossa ⁊ grauia relinqui deorsu3. leuia aūt ⁊ subtilia facit ascendere sursum: ⁊ qa calor coniungit leuia leuibus ⁊ grossa relinquit cum grossis. iō dicitur cōgregare hōgenea. Frigidū aūt cōstipat ⁊ constringit ⁊ h3 imobilitate3: iō siue sint hōgenea siue etherogenea p̲ frigidū cōgregant̄: frigidū. n. nō separat subtilia a grossis sed coagulat ea simul. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.9. ¶ Humidum enim indeterminatū proprio termino bene terminabile ens: siccum autē bene terminabile proprio termino difficulter terminabile alterius.

¶ Ostendit humidum ⁊ siccum esse talia principia: q2 sunt passiua: ⁊ duo fac̄: q2 primo facit qō dcm̄ ē. secūdo vt ostēdat q̄ humidū est ponendū tale principiu3 diuidit humi
T.c.14 dum ⁊ siccū. 2ª ibi. (Dicitur aūt siccū ⁊ humidum.) Circa primum duo facit: q2 pm̄um ostendit de humido ⁊ sicco: qō dcm̄ est. scdo oñdit qualitates alias tangibiles nō posse esse talia principia: q2 reducunt̄ in humidū ⁊ siccum: ibi.
T.c.10. (Subtile aūt ⁊ grossum.) Dicit ergo: q̄ humidū h3 rōnē passiui. est. n. humidū indeterminatu3 ꝓprio termino. est bene ens terminabile termino alieno. siccum autem econuerso est bene terminabile termino ꝓprio ⁊ difficile terminabile alterius termino: ⁊ q2 bene terminari siue termino proprio siue alieno sonat in passionem. ideo humidum ⁊ siccum sunt passiua. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.10. ¶ Subtile aūt ⁊ grossu3 lubricū ⁊ arridu3: ⁊ durū: ⁊ molle: ⁊ alie differentie ex his sunt.

¶ Oñdit alias qualitates tangibiles nō posse esse talia pncipia: quia nō sunt qualitates prime: sed reducunt̄ i alias: circa qō duo facit: q2 p̊ p̄mittit qō intendit. secundo exeqtur de intento: ibi. (Qm̄ enim repletiuum.) Dicit ergo q̄ subtile ⁊ grossum. lubricum ⁊ aridū. duru3 ⁊ molle: ⁊ alie dr̄ie tāgibiles nō sunt prime: sed sunt ex his. i. reducunt̄ ad has vt ad humidū ⁊ siccum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam enim repletiuum est humidū: q2 nō est terminatū quidem. bene aūt terminabile ens: ⁊ q2 sequit̄ tangentē: subtile autem repletiuum: subtilium autem partium ⁊ paruarum partium repletiuum: totū eni3 totum tangit: subtile aute3 maxime tale: manifestum quoniam subtile quidem erit humidi: grossum autem sicci.

¶ Exeqtur de intēto: ⁊ tria facit: q2 p̊ oñdit hoc de subtili ⁊ grosso. 2° de lubrico ⁊ arido. 3° de duro ⁊ molli. secūda ibi. (Et rursum lubricū.) 3ª ibi. (Amplius molle quidē.) Dicit ergo q̄ humidum est quid repletiuu3: q2 non est determinatu3 termino proprio: ⁊ est bene terminabile termino alieno. ⁊ quia humidum tangentem: q2 accipit formam ⁊ figuram eius quod tangit ideo supple est humidum repletiuum. aqua enim ⁊ quodlibet subtile repletiuum est: imo subtile est maxime tale. i. maxime repletiuum. est enim repletiuum paruarum partiu3 per poros. est. n. de ratione subtilis q̄ totum attingat: subtile. n. ꝑm q̄ huiusmodi sic subijcitur q̄ totū attingit ⁊ replete totum: ⁊ q2 replere conuenit rei per nām humidi. manifestu3 est q̄ subtile erit humidi. ⁊ si subtile est humidi: ⁊ reducitur in humidum. grossum erit sicci ⁊ reducetur in ipsu3. ¶ Notandum autem q̄ sicca ⁊ solida bene terminantur termino proprio iō nō accipiunt figurā eius in quo sunt. nec bene replent ip3. vas. n. bñ replet̄ ex aqua. non autem bene repletur ex lapidibus: qa aqua sequitur figuram vasis ⁊ coaptat se eis: nō autem lapides. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et rursus lubricū quide3 humidi. Lubricum autem aliquid humidu3 passiuū est velut oleū. Aridum quidem sicci: aridu3 eni3 qō p̲fecte siccu3: q̄propter ⁊ coagulata sunt propter defectionem proprie hūiditatis. T.c.11. T.c.12.

¶ Reducit lubricū ⁊ aridum dicens: q̄ lubricū erit humidi. i. reducet̄ in humidum. lubricum. n. est humidū passiu3 aliquid a sicco velut oleū: quod est lubricū ⁊ viscosum: qa est ibi ⁊ siccitas annexa humiditati: q2 cu3 inabundat humiditas lubricum reducitur in humidum. aridum aute3 est sicci. i. reducitur in siccum. est enim aridū qō est p̲fecte siccum: quapropter ⁊ coagulata vidētur arida ⁊ sicca pp defectū ꝓprie humiditatis. deficit. n. in talibus ꝓpria hūiditas: q2 est constricta ⁊ cōstipata propter coagulatione3. ¶ Deinde cu3 dicit.

¶ Amplius molle quidē humidū: molle. n. qō subijcitur in seipsum ⁊ nō transmutans quidē quod facit humidū: ideo enim si ē humidum molle: sed molle humidi: duru3 autem sicci: durum enim est quod coagulatu3 est: coagulatum enim siccum. T.c.13.

¶ Reducit molle ⁊ durū dicens: q̄ molle erit humidi. Nā molle est id quod subijcitur in seipsum. i. quod cedit non transmutans aut. i. ⁊ non resistit: ⁊ q2 hoc facit humidum ⁊ est ꝓprium eius cedere. s. ⁊ non resistere: ideo nō est humidū reducibile in molle: sed molle est humidi: ⁊ reducit̄ i ipsum. participat. n. molle proprietates humidi: non econuerso. addidit autē q̄ duꝝ est sicci. Nam duru3 est quasi idem quod coagulatum. coagulatum autem est siccu3. i. reducitur in siccum vt prius dicebat̄. ergo ⁊ durum in siccum reducetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicunt̄ autē siccum ⁊ humidu3 multifarie: opponitur autem sicco ⁊ humidum ⁊ vdū: ⁊ rursus humido ⁊ siccū ⁊ coagulatū: oīa aūt hec sūt sicci ⁊ hūidi pm̄oꝝ dictoru3. T.c.14.

¶ Diuidit siccum ⁊ humidum: vt oñdat q̄ humidu3 ⁊ q̄ siccum debēt poni qualitates prime. ¶ Ad cuius euidentiam notandum q̄ humidum ⁊ siccū reperiūtur in elis ⁊ elemētatis: ⁊ vt repiuntur in elemētatis hn̄t esse dupliciter. Quedā eni mixta sunt simplr̄ hūida. quedā aūt sunt talia per accñs. que. n. sunt hūida nō p̲ se: s3 p̲ accñs possunt dici humida ⁊ rorata: sicut lapides p̲fusi aq̄ humidi ⁊ rorati dici pn̄t. sic ēt queda3 sunt sicca simplr̄. quedam sunt sicca per accidens rōne frigoris cōstipantis. S3 si reductio Nōndū

nem hoꝝ scire volumus dicere possumus ⁊ humidum ⁊
roratum deducitur in humidū elatū. humidū autē elati
in humidū eli: qḋ ꝓprie ⁊ simpl'r est primū humidū. sic ēt
coagulatū in elatis reducit' in siccū elati. siccū autē elati
in siccū eli: qḋ est primū siccū. Jḋ pncipia trāsmutationū
ponēda sunt pmū siccū ⁊ pmū humidū. Duo ergo facit
q2 pmo pmittit qḋ intendit. scḋo declarat propositū ibi.
(Quoniam. n. humido.) Dicit ergo ꝙ humidum ⁊ siccū
dicit' siue dicunt' multifarie. Opponit' eniꝫ sicco humidū
⁊ vdum: ⁊ rursum humido opponitur siccum ⁊ coagula
tum: ⁊ omnia hec ꝓut sunt in elatis sunt sicci ⁊ humidi di
ctorum pmorum. i. sunt sicca ⁊ humida ꝓut sunt in elis.
sunt enim aliquo modo prime q̄litates in elatis. tamē nō
sunt in eis simpl'r. q̄a mixta ⁊ elata non hn̄t hmōi q̄litates
pmas in suis excellētijs. sed habēt eas fractas ⁊ remissas.
vt superius dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam enim humido opponitur sic-
cum ⁊ humidum quidem est quod habet
alienigenam humiditateꝫ superficietenus.
infusum autem quideꝫ quod in profundo.
siccum autem quod priuatur hac. manife-
stum quoniam humidum quod erit humi
di oppositum ⁊ siccum primi sicci.

¶ Manifestat qḋ dixerat ⁊ duo facit. q2 pmo ōndit humi
dū ⁊ vdū opponi sicco. ⁊ ꝙ siccū reducit' in pmuꝫ siccū. s.
siccū elati in siccū eli. scḋo ostēdit siccū ⁊ coagulatū oppo
ni humido. ⁊ ꝙ humidū reducit' in pmuꝫ humidū. 2ª ibi.
T.c.15. (Rursus aūt humidum.) Dicit g° ꝙ humido opponitur
siccū. nam humidū q̄dē. i. vdum est id qḋ hꝫ alienigenaꝫ
humiditatem superficieten9: sicut id qḋ roratum est. infu-
sum aūt est qḋ hēt alienigenā humiditatē in ꝓfundo. sic-
cū aūt simpl'r erit qḋ ꝑuat' hac vtraq3 humiditate. pp qḋ
manifestū est: ꝙ humidū fm superficiē erit humidi sim-
plicit'. vel vt hꝫ alia littera ⁊ planius: vdū erit humidi: sic̄
etiam siccū qḋ est oppositū humidi: est sicci pmū. i. redu-
Nōndū cit' in pmū siccū. ¶ Notandū aūt ꝙ eo ipso ꝙ vdum op
ponit' sicco. q̄a siccū est ꝓprium oppositum humidi seq-
tur ꝙ vdum sit aliquo modo humidum. ⁊ q̄a qḋ est fm
quid ⁊ quodammodo: reducitur i id qḋ est simpl'r. Jdeo
bene dictum est ꝙ vdum reducitur in humidum. q̄a op-
ponit' sicco per naturam humidi. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.15. ¶ Rursum autem humidum ⁊ coagulatuꝫ
similiter. ⁊ humidum quidem est quod ha
bet propriam humiditateꝫ in profundo. in
fusum autem quod habet alienaꝫ humidi-
tatem in profundo. coagulatum autē quod
priuatur hac. quapropter ⁊ horuꝫ erit. hoc
quidem sicci. hoc autem humidi.

¶ Ostēdit h̄ idē de sicco ⁊ coagulato dicēs. ꝙ humiduꝫ ⁊
coagulatū simil'r opponunt'. q2 humidū est qḋ hꝫ ꝓpriā
humiditatē in ꝓfundo. infusum aūt qḋ hꝫ alienā humi-
ditatē in ꝓfundo. coagulatū aūt qḋ ꝑuat' hac. s. humidi-
tate in ꝓfundo. g° coagulatū opponit' humido ꝑ nām sic
ci. nō inquātū ꝑticipat aliq̄d de humiditate sicut vdū op
ponebat' sicco ꝓut participat aliq̄d de humiditate. Qua
propter ex his q̄ dicta sunt pꝫ ꝙ hoꝝ h̄. s. coagulatuꝫ erit
Nōndū sicci. hoc. s. vdū erit humidi. ¶ Notādū aūt ꝙ nō solum
vdum: sed infusum reducit' in humidū. tam eni infusum
q̄3 vdum sunt humida per accidēs. hn̄t enim alienigenaꝫ
humiditatē. sed aliter ⁊ al'r. q2 vdum hꝫ h9 humiditateꝫ
in superficie. infusum aūt in ꝓfundo. verū q̄a vdum hēt
hoc per accidēs. cuꝫ esse ꝑ accn̄s reducatur ad per se: tam
vdū q̄3 infusum reducent' ad humidū. ¶ Deīde cū dicit

¶ Manifestum igitur quoniaꝫ omnes alie
differentie reducuntur ad primas quatuor.
he autē non amplius in minores. neq3 eni
calidum quod siccum aut ꝙ humidū. neq3
humidum quod calidū aut quod frigidū.
neq3 frigidum quod siccum. neq3 subinui-
cē. neq3 sub calido ⁊ humido sunt. quapro-
pter necesse quatuor esse has.

¶ Cōcludit ꝙ ꝑdicte q̄tuor dr̄ie. s. cal'm ⁊ frigidū humidū
⁊ siccū nō reducunt' in alias nec in seipsas sed alie reducū
tur in eas. Jdeo aut ꝙ oēs aliene. i. oēs alie dr̄ie reducunt'
ad has dr̄ias pmas. hoc aūt nō amplius i minores. q2 nec
reducunt' in alias nec in seipsas. Cal'm. n. nō est qḋ siccū:
aut ꝙ humidū. q2 actiuū nō est qḋ passiuum. neq3 humi
dū quod cal'm aut frigidū. q2 passiuū non est qḋ actiuū.
sic etiā frigidū: ⁊ siccū non sunt sub seinuicem. q̄a actiuuꝫ
nō est quod passiuuꝫ. nec econuerso. nec sunt sub calido ⁊
humido. nō ꝙ frigidū sit sub calido. ⁊ siccum sub humi-
do. q̄a oppositū nō est sub opposito. Quapropter necesse
est has q̄tuor dr̄ias esse pncipia transmutationū ⁊ nō plu
res ⁊ nec pauciores. ¶ Notandū autem ꝙ cū fuerīt assi- Nōndū
gnate. 7. contrarietates q̄litatum tangibiliuꝫ solum due
sunt ponende tanq̄3 pme dr̄ie ⁊ tanq̄3 pncipia transmuta
tionū. vꝫ. calidum ⁊ frigidū. humidū ⁊ siccū. q2 hec sunt
actiua ⁊ passiua: ⁊ nō reducūtur in alias. Alie autē. 5. cō-
trarietates nō debēt dici talia pncipia. q̄a nec sunt actiua
nec passiua. vt graue ⁊ leue. vel reducunt' in alias. vt subti
le ⁊ grossum. lubricū ⁊ aridū. durū ⁊ molle. asperum ⁊ le-
ne. asperū enim ⁊ lene reducunt' i humidū ⁊ siccū. lꝫ phs
nō reduxerit ea. lene enim reducit' in humidum. humida
enim propter sui fluxibilitatem habēt lenitatē in ꝑtibus
⁊ in eis vna pars non supereminet alteri. sicca. n. q̄a sunt
bene terminabilia termino ꝓprio possunt habē asperita-
tē in partibus. ⁊ in eis vna pars pōt alteri preeminē.



Uoniam autem quatuor elemen- T.c.16.
ta. eorum autem quatuor sex con-
iugationes sunt. contraria autem
non inata sunt coniungi. calidum
eni ⁊ frigidum esse idē: ⁊ rursus humidum
⁊ siccū impossibile. manifestū autē quoniaꝫ
quatuor erunt elementorū coniugationes.
calidū ⁊ siccū. calidum ⁊ humidū. ⁊ rursus
frigidum ⁊ humidum. ⁊ frigidum ⁊ siccū.

¶ Postq̄3 phs ostēdit q̄tuor eē qualitates pmas actiuas ⁊
passiuas. Jn ꝑte ista ex nūo illarū qualitatum ꝓbat nūm
eloꝝ. ¶ Ad cuius euidētiam notādū ꝙ ad transmuta- Nōndū
tionē ⁊ ad gn̄ationē ⁊ corruptionē nō solū req̄rit' ꝙ el'm
sit actiuū ⁊ passiuū. sed etiā ad hoc facit locus. ⁊ etiaꝫ or-
do ad hmōi q̄litates. Nam fm ꝙ el'm est in alio ⁊ alio lo
co. sic al'r ⁊ aliter se hꝫ ad gn̄ationē ⁊ corruptionē. sic etiā
ꝓut el'm hēt aliū ordinē ad q̄litates actiuas ⁊ passiuas.
al'r ⁊ al'r se hꝫ ad agēduꝫ ⁊ patiēdū. ⁊ al'r ⁊ al'r trāsmutat
⁊ transmutat'. Tria g° facit. q2 pmo ex numero q̄litatum
actiuarū ⁊ passiuarū ꝓbat nūm eloꝝ. 2° determinat de
loco eoꝝ. tertio ostēdit quē ordinē hn̄t ela ad qualitates
actiuas ⁊ passiuas. scḋa ibi. (Entibus autem quatuor.) 3ª T.c.22.
ibi. (Et tn̄ simpl'r.) Circa pmū duo facit. q2 primo fac̄ qḋ T.c.23.
dictum est. scḋo ostendit opiniones antiquorum aliq̄ mo
do cōcordare opinioni sue. scḋa ibi. (Omnes. n. q simpli- T.c.17.
cia.) Prima pars diuidit' in duas. q2 primo ꝓponit qḋ i-

tendit. scđo manifestat propositum ibi. (Et assecutum est
hoc.) Dicit ergo ꝙ sunt quatuor el'a. i. q̃tuor sunt qualita
tes actiue ⁊ passiue. el'm. n. quasi idem sonat qđ ꝑncipiuʒ.
⁊ q᷑ hmõi q̃litates ꝑme hñt aliquo mõ rõnem ꝑncipij. vt
ostẽsum est ideo el'a appellari pñt. Istarũ autẽ q̃tuor q̃li-
tatũ siue istorũ ꝑncipiorũ sunt sex coiugatões. i. combina
tiões. q᷑ sex modis cõbinare possumus. sed due combina
tiones sunt inutiles. q᷑ cõtraria nõ sunt inata ꝯiungi. q᷑ i-
posĩe est idẽ corpus esse cal'm ⁊ fridum. vel esse humidum
⁊ siccum. Manifestũ est ergo ꝙ possibiles coiugationes
el'orũ. i. q̃litatũ ꝑmarũ erũt q̃tuor. poterunt enim combi-
nari ⁊ coiungi. cal'm ⁊ siccũ. cal'm ⁊ humidũ. ⁊ frigiduʒ. ⁊
humidũ. ⁊ frigidũ ⁊ siccũ: ⁊ q᷑ ꝺm numerũ harũ combi-
nationũ est numerus primorũ corporũ. ideo contingit eẽ
Nõndũ quatuor prima corpora. ¶ Notãdum aũt ꝙ ph̃s vtitur
equoce nomĩe el'i. nam aliquãdo el'a appellat prima cor-
pora vt ignẽ ⁊ hmõi que sunt el'a respectu mixtoꝝ q̃ con
stant ex eis. aliqñ aũt appellat el'a q̃litates actiuas ⁊ passi
uas q̃ sunt el'a ⁊ ꝑncipia ꝑmorũ corporũ nõ simplr ⁊ ab-
solute. sed vt sunt actiua ⁊ passiua adinuicẽ vt superiꝰ di-
cebaẽ: ⁊ sic accipit el'a hic. quorũ combinationes sunt sex.
Nõndũ quatuor possibiles ⁊ due impossibiles. ¶ Notanduʒ etiã
ꝙ elemẽtũ qđlibet. siue qđlibet ꝑmũ corpus requirit du-
as primas qualitates. ⁊ q᷑ due prime qualitates in eodeʒ
corpore nõ possunt coiungi nisi quatuor modis. ideo sũt
quatuor prima corpora. ¶ Deĩde cum dicit.

¶ Et assecutum est hoc ꝺm rationẽ simplici
bus apparentibus corporibus. igni ⁊ aeri.
⁊ terre ⁊ aque. ignis enim calidus ⁊ siccus.
aer autẽ calidus ⁊ humidus. velut euapora
tio eni aer. aqua autẽ frigida ⁊ humida. ter-
ra aũt frigida ⁊ sicca. vt ergo rationabiliter
distribuanẽ d̃rie primis corporibus: ⁊ mul
titudo eorum fit ꝺm rationẽ quatuor.

¶ Hic manifestat qđ dixerat. dicens. ꝙ he. s. combinatiões
primarũ qualitatũ ꝺm rõnem. i. rõnabilr assecutũ est his
que apparent simplicia corpora. s. igni ⁊ aeri. aque ⁊ ter-
re. Nam in his quatuor corporibꝰ reperiunẽ predicte qua
tuor combinatiões. ignis enim est calidus ⁊ siccus. aer ca
lidus ⁊ humidus. Nam aer est velut euaporatio quedaʒ
que est calida ⁊ humida. aqua est frigida ⁊ humida. ter-
ra frigida ⁊ sicca. Ut ergo ratiõabiliter distribuanẽ prime
d̃rie primis corporibus ꝺm rõnem fit multitudo eorũ. vʒ.
ꝑmorũ corporũ supple ꝺm multitudinẽ ꝑmarũ q̃litatuʒ.
sunt enim quatuor ꝑma corpora que sunt q̃tuor prime q̃
Nõndũ litates. ⁊ sunt earũ q̃tuor combinatiões possibiles. ¶ No
tandũ autem ꝙ euaporatio dupliciter potest considera-
ri. vel quantũ ad id quod est: ⁊ sic est humida. vel quantũ
ad calorem incorporatũ qui facit eam ascendere. ⁊ sic est
calida. frigida. n. ꝺm ꝙ hmõi nõ ascẽdit. ⁊ ideo cõiter po-
nitur ꝙ euaporatio a mã habet humiditatem: sed ab effi
ciente. i. a sole. ⁊ a supercelestibus corporibꝰ habet caloreʒ
incorporatũ. Ideo dictũ est ꝙ aer est calidus ⁊ humidus.
Nõndũ q᷑ est quasi euaporatio quedam. ¶ Notandũ etiaʒ ph̃m
hic quasi supponere ꝙ ad qđlibet el'm req̃riẽ combinatio
duarũ q̃litatũ. ⁊ ex nũo taliũ combinationũ arguit nume
dictuʒ q̊ rũ el'orũ. Quidã aũt volẽtes hmõi rõnem assignare dixe
rundam rũt hoc esse. q᷑ opʒ actiuũ habere suũ ꝓpriũ subiectũ. pro
priũ aũt subiectũ sũmi calidi nõ potest esse humidũ. q᷑ ca
lidũ in summo facit euaporare humidũ. ignis ergo habʒ
duas q̃litates: q᷑ est calidus ⁊ siccus. sed calidũ cũ tempe
ramẽto fundaẽ in humido. ideo aer est calidus ⁊ humi-
dus. sic etiã frigidũ cum tẽperamẽto fundaẽ in humido.
vt frigidũ aqueũ frigidũ aũt cũ excessu expellit humidũ:

vt frigidũ terre. Ideo opʒ el'm habere duas qualitates ꝑ-
mas ꝺm ꝙ vna seq̃tur ad aliã ⁊ habet ordinẽ ad eã. Sed p̃ dictuʒ
hoc dupliciter nõ videẽ bene dictũ. Primo q᷑ per accidẽs ꝑ
videẽ ire ad mentẽ ph̃i. ph̃s. n. intẽdit de el'is ⁊ de numero
eorũ vt transmutant se adinuicẽ ⁊ sunt actiua ⁊ passiua.
ideo ex ipsa actione ⁊ passione magis q̃ʒ ex ordine q̃lita-
tũ debet sumi predicta ratio. Amplius supponebaẽ in il- a
la rõne ꝙ idem subiectũ haberet frigidũ in summo. ⁊ ca
lidũ in summo. vt cal'm ignis. ⁊ frigidũ terre: que dicebãt
esse talia in summo ponebãt fundari in sicco. hoc autẽ vi-
deẽ ipsis apparentibus repugnare: q᷑ subiecta ꝓpria non
pñt esse eadẽ contrariorũ maxime si accipianẽ in sua ex- 2.a. 26.
cellẽtia. cum actus actiuorũ sint in patiente ⁊ disposito.
Possumus ergo vtroqʒ modo assignare rationem: quare
ad vnũ el'm cõcurrũt due q̃litates. ꝑma erat ex ipsa actio ꝑ
ne ⁊ passione. Nam q̃cunqʒ transmutanẽ adinuicem sũt
simul actiua ⁊ passiua. vt probatũ fuit supra. capᵒ de mix
tione. ⁊ etiam in capᵒ de tactu ⁊ de actione. Si ergo hic ar
guiẽ de el'is vt sunt transmutata opʒ agere de eis vt acti-
ua ⁊ passiua. cuilibet ergo el'oꝝ dabimus duas qualita-
tes. vnam actiuã ⁊ aliam passiuã: qđ concordat apparen
tibus. Nam in igne qualitas actiua est calor. passiua sic-
cum. In aere passiua q̃litas est humidũ. actiua calidum.
⁊ sic de alijs. nullũ est enim elemẽtũ qđ non habeat vnaʒ
q̃litatẽ actiuã. ⁊ aliã passiuã. ⁊ hoc modo videẽ ire ad mẽ
tẽ ph̃i. possumꝰ tñ si volumꝰ ex ordine ipsarũ q̃litatũ ostẽ- a
dere quomodo ad quodlibet el'm cõcurrũt due q̃litates:
tenebimus tamẽ modũ aliũ a modo predicto. nõ eni dice-
mus ꝙ terra sit frigida in summo. sed ꝙ aqua. quo posi-
to de leui pʒ dicta combinatio. Naʒ ignis qui est calidus
in summo de necessitate fundatur in sicco. q᷑ summa cali
ditas facit euaporare humidũ. aqua autẽ que est frigida
in summo q̃si ei opposita req̃rit oppositũ susceptiuũ. ideo
frigidũ aque fundaẽ in humido. aer autem qui habet ca
lidũ cũ temperamento fundaẽ in humido. frigidũ auteʒ
terre oppositũ fundaẽ in sicco ita ꝙ calidũ in summo nõ
compatiẽ secũ humidũ. sed cal'm cũ tẽperamento. ⁊ frigi-
dũ in summo nõ cõpatiẽ secũ siccũ. sed frigidũ cũ tẽpera-
mento. q̃re autẽ terra nõ est frigida in summo. cũ summe
distet a celo infra patebit. ¶ Deĩde cum dicit.

¶ Omnes enim q̃dem qui simplicia corpo T.c.17
ra elementa faciunt. hi q̃dẽ vnuʒ. hi autem
duo. hi autẽ tria hi aũt q̃tuor faciunt.

¶ Adducit opiniones antiquorum ad confirmandum ve
ritatem p̃dictam. ⁊ duo facit. q᷑ ꝑmo narrat antiquoruʒ
opiniones. scđo exequitur de eis ibi. (Quicunqʒ quideʒ.)
Dicit ergo ꝙ non est ponenduʒ plura el'a q̃ʒ quatuor. qđ
patet ex dictis antiquorũ. Nam qui faciunt corpora sim
plicia esse el'a. hi faciunt vnum tale corpus. hi auteʒ duo.
hi tria. hi quatuor. numerum autem quaternarium nul-
lus excessit. ¶ Deĩde cum dicit.

¶ Quicũqʒ q̃dem igitur vnũ dicunt solum.
Deinde densitate ⁊ raritate alia generant.
his cõtingit duo facere principia. ⁊ raruʒ ⁊
densum. aut cal'm ⁊ frigidũ. hec eni actiua.
vnũ aũt supponitur queadmodũ materia.

¶ Quia fecerat mentionẽ de opinionibus antiquorũ exe-
quiẽ de eis. ⁊ duo facit. q᷑ ꝑmo exequiẽ de facientibꝰ vnũ
el'm: scđo de faciẽtibꝰ plura. ibi. (Qui autẽ mox duo.) Di- T.c.18.
cit ergo. q̃cunqʒ dicũt vnum solum esse el'm. addũt illi el'o
mãli alia ꝑncipia formalia ⁊ actiua. ideo ait ꝙ deinde ex
illo ꝑncipio mãli per raritatẽ ⁊ densitatẽ generanẽ alia. cõ
tingit aũt his facere duo ꝑncipia formalia. vt rarũ ⁊ den
sum. calidum ⁊ frigidũ. hec eni sunt ꝑncipia actiua ⁊ vnũ

ſupponitur eis tanq̄ȝ mã. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.18. ¶ Qui aũt mox duo faciunt. vt parmenides ignem ⁊ terram. mediam mixturam faciũt horum. puta aerem ⁊ aquam.

¶ Exequitur de ponentibus plura. ⁊ tria facit ſm q̄ hi tri‑ pliciter diuerſificati fuerũt. pmo ergo exeqtur de facienti‑ bus duo principia. 2° de faciẽtibus tria. 3° de faciẽtib⁹ 4or. 2a ibi. (Similr aũt ⁊ quidẽ.) 3a ibi. (Quidã ⁊ mox.) Dicit q̄ qui mox. i. ſtatim faciũt duo pncipia vt pmenides ⁊ me liſſ. qui ponũt ignẽ ⁊ terrã faciunt mediã mixturaȝ horũȝ: puta aerẽ ⁊ aquã que ſunt media iter ignẽ ⁊ terrã. dicunt eſſe mixturam terre ⁊ ignis. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.19. ¶ Similr aũt ⁊ qui tria dicũt: quẽadmoduȝ Plato in diuiſionibus. mediũ enim mixtu‑ ram facit. ⁊ fere eadẽ dicunt ⁊ qui duo ⁊ qui tria dicunt. preter q̄ȝ q̄ hi quidẽ incidunt in duo media. hi aũt vnum ſolum faciunt.

¶ Exequitur de ponẽtibus tria. dicens. q̄ ſimiliter quidaȝ dicunt eſſe tria principia. quẽadmodum Plato in diuiſio nibus. ideſt in tractatu de diuiſione principiorum poſuit tria principia. ſ. magnũ paruum: ⁊ ideam aũt ponebat me dium inter magnũ ⁊ paruuȝ. q2 influebat in materiã ma‑ gis ⁊ minus diſpoſitã. h9 ideam dicebat eſſe mixturã: q2 in fluebat formã ⁊ materiaȝ que ammiſcebaẽ ei. vel poſſum⁹ dicere ⁊ forte melius q̄ Plato poſuit duo principia mate rialia. ſ. magnũ ⁊ paruum: poſuit tamẽ nihilominus ter‑ tium pnm mãle qd̄ erat quaſi medium ⁊ mixtũ ex his. q2 ſi cut ponebat magnũ ⁊ paruũ ⁊ vnũ diſpoſitũ. ita ponebat eam diſpoſitã medio modo. ⁊ id mediũ dixit quaſi mixtu ram magni ⁊ parui. q2 illo medio reſeruabatur magnum ⁊ paruuȝ ſicut in medio reſeruanẽ extrema. Addit q̄ fere eadẽ dicũt q dicunt duo elã ⁊ qui tria. vtriq̄ȝ enim horuȝ ponunt extrema ⁊ mediũ ſed differenter. q2 hi qui ponũt duo elã incidunt. i. ſecãt ⁊ diuidũt vt hȝ alia lrã mediũ in duo. vt pȝ de poſitione parmenidis. qui ponẽdo principia duo. ſ. ignẽ ⁊ terrã ponunt duo media iter ea. aerẽ ⁊ aquã. hi aũt. ſ. antiqui qui ponũt tria pncipia faciunt vnũ ſoluȝ mediũ. vt pȝ in ſoſone Platonis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quidam auteȝ ⁊ mox quatuor dicunt. vt Empedocles. cõgregat auteȝ ⁊ hec in duo. igni enim oĩa alia contra ponit.

¶ Determinat de poſitione Empedoclis qui ponebat qua tuor elã. ⁊ duo facit. q2 pmo ponit põnem eius. ſcdo oſten dit quõ ex dictis pncipĳs ſaluabat generationẽ rerum ibi.
T.c.20. (Non eſt aũt.) Dicit ergo q̄ quidaȝ mox dicunt eſſe qua tuor pncipia. vt Empedocles. ⁊ hec q̄tuor pncipia congre
Nom. gat in duo ꝯria. q2 igni oĩa alia contraponit. ¶ Notãdũ autẽ q̄ q2 ignis erat valde actiuus ne vniuerſum cito cor‑ rumperetur poſuit oĩa alia elã hr̄e amicitiaȝ adinuicem ⁊ opponi igni. poſuit ergo q̄tuor pncipia. ſed inter ea erat ſo lum vna cõtrarietas. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.20. ¶ Non eſt aũt ignis ⁊ aer ⁊ vnumq̄dq̄ȝ pre‑ dictorum ſimplex: ſed mixtũ. ſimplicia autẽ talia quidẽ ſunt. non tñ eadem. verbi gratia qd̄ qdẽ igitur igni ſilẽ igneum non ignis. ⁊
T.c.21. qd̄ aeri aereũ. ſilr auteȝ ⁊ in alĳs. ¶ Ignis aũt eſt ſupabundantia caliditatis quẽadmo dum ⁊ glaties frigiditatis. Coagulatio qui dem ⁊ arſio ſupabũdãtie q̄dã ſunt. hec qdeȝ frigiditatis. hec aũt calitatis. ſi igiẽ glacies coagulatio fridi ⁊ hũidi: ignis erit arſio cali ⁊ ſicci. iõ nihil ex glacie gñaẽ neq̄ȝ ex igne.

¶ Oſtendit quõ ſm empedo. ex talibus elĩs fiebat gñatio. Ponebat eñi q̄ vnũq̄dq̄ȝ elorum inueniebatur eẽ duplr. vȝ. ſm eſſe purũ ⁊ ſm eſſe mixtum. Dicebat eñi q̄ ignis ⁊ aer ⁊ vnũq̄dq̄ȝ elorum non eſt ſimplex vlr. ſed poteſt eẽ mixtuȝ. ⁊ ponebat q̄ ſimplicia elã ſunt talia. i. ſunt ſĩlia mixtis elĩs. non tñ ſunt eadẽ eis. verbi gratia. ſilẽ igni dicebat eẽ igneũ ⁊ nõ ignis. ⁊ ſilẽ aeri dicebat eſſe aerem. i. aereũ vt hȝ alia lrã. ſilr aũt ⁊ in alĳs. q2 ſilẽ aque dicebatur aqueũ. ⁊ terre terreũ. Ignis autẽ purus ſm ipſum eſt ſuperabundantia caliditatis. ſicut glacies frigiditatis. nam ſicut glaties dici tur coagulatio ſic ignis dicetur arſio. q2 talia ſunt quedã ſuperabundantia. Nam h. ſ. coagulatio eſt ſuperabundã‑ tia frigiditatis. hec. ſ. arſio ſuperabundantia caliditatis. propter quod ſi glacies eſt coagulatio humidi ⁊ frigidi: ignis erit arſio calidi ⁊ ſicci. Cum ergo diſtingueret Em‑ pedocles ſic elemẽta ponebat hoc modo fieri generationeȝ ex eis: q2 ex elementis puris denominantibus ſuperabun‑ dantiaȝ nihil ponebat gñari. Dicebat eñi q̄ nihil gñatur neq̄ȝ ex glacie: neq̄ȝ ex igne. ſed ſupple fit generatio ex mix tis elĩs. ¶ Nõnm aũt opiniones antiquorum concordare cũ Nom. p
opinionibus Ari. quantum ad tria. Primo q2 oẽs poſue‑ runt plura pncipia. ſed aliqui poſuerunt illa plura eẽ mã‑ lia. aliq v̊o poſuerũt vnũ mãle ⁊ addiderũt illi mãli plura pncipia actiua ⁊ formalia. vt ſi ponebant illud mãle pnm aerem per caliditatẽ ⁊ frigiditatẽ. vel per raritatem ⁊ den ſitatem generabãt alia. vt aer calefactus ⁊ rarefactus in‑ ter ea fiebat ignis. ⁊ dẽſatus ⁊ infrigidatus fiebat aq̄. Se‑ 2
cundo conueniebant cũ pho: q2 ponentes plura pna poſue runt aliquã ꝯrietatẽ inter ea. Tertio conueniunt cum eo. 3
q2 loquẽdo de ſimplicibus corporibus non exceſſerũt nu‑ merum quaternarium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Entibus aũt quatuor ſimplicibus corpo‑ T.c.22.
ribus duorum vtriq̄ȝ primorum eſſe vnũquod q̄ȝ ignis quideȝ ⁊ aer eius qui ad terminuȝ fertur. aqua autem ⁊ terra eius qui ad me‑ diuȝ ⁊ extrema quidẽ ſincera ignis. ⁊ terra. media auteȝ mixta magis aqua ⁊ aer. ⁊ vtra q̄ȝ vtriſq̄ȝ contraria. igni quideȝ enim eſt cõ trarium aqua. aeri autẽ terra. hec eniȝ ex cõ‑ trarĳs paſſionibus conſtituta ſunt.

¶ Determinat de loco elorum. dicens q̄ entibus quatuor corporibus ſimplicibus. vnũq̄dq̄ȝ duorum primorum corporum eſt locus vtriq̄ȝ. i. alĳs duobus ccorporibus. Nã ignis eſt locus aeris. ⁊ aqua eſt locus terre. iõ ignis ⁊ aer hñt vnam dr̄iam loci vt eius loci qui ad terraȝ ſurſum fertur. terra q dem ⁊ aqua ferũtur ad mediũ deorſum. lȝ ergo ſint qua‑ tuor corpora. cõpetunt tñ eis due dr̄ie locorum ſurſuȝ ⁊ deor
ſum. ⁊ ſm has dr̄ias ſaluamus in eis gnõnem ⁊ corruptio 8. ph. 32.
nem. q2 quãtũ generans dat elõ de forma. tm̃ dat ei de lo‑ 4. c. 25.
co. ¶ Aduertẽdũ tñ q̄ lȝ quatuor elĩs demus duas diffe‑ Nõndũ
rentias ſurſum ⁊ deorſum. non damus eas eis vniformi‑ ter. ſed extrema. vt ignis ⁊ terra habẽt has dr̄ias ſinceras . i. puras. media autẽ vt aqua ⁊ aer hñt ea magis mixta. ⁊ ſubdit q̄ h media. ſ. aqua ⁊ aer ſunt in contraria. i. habent
diſpõnẽ ꝯriam ad extrema. vȝ. ad ignẽ ⁊ terraȝ. Nam igni Cõtrarietas
ꝯrium eſt aqua: aeri autem terra. ſunt enim hec conſtituta int(er) elementa
ex ꝯrĳs paſſionibus. vt pȝ intuenti. ¶ Notandum aũt q̄ Nõndũ
duobus elĩs damus vnũ locuȝ. vt igni ⁊ aeri ſurſum. terre aũt ⁊ aque deorſum. Aer enim dicĩ eſſe ſurſum. non q̄ ſit ſurſum ſimplr. ſed q2 reſpectiue eſt magis ſurſum. eſt eniȝ deorſuȝ reſpectu vni⁹. vt rõne ignis. ſed eſt ſurſuȝ reſpectu

duoꝝ: ⁊ est sursuz respectu vniꝰ. ℭ Deinde cum dicit.
T.c.23. ℭ Sed tñ simplr quatuor entia. vnius vnū-
quodqꝫ est. terra quidē enim sicci magis q̄z
frigidi. aqua autem frigidi magis q̄z humi
di. aer autem humidi magis q̄z calidi. ignis
autem calidi magis q̄z sicci.

ℭ Determinat de ordine hoꝝ eloꝝ ad suas q̄litates. dicēs
ꝙ cū ela sint simplr q̄tuor entia hn̄tia binas ⁊ binas qua-
litates. vnūqđqꝫ tñ eloꝝ est magis vniꝰ q̄litatis q̄z alteri
us. vt terra est magis sicci q̄z frigidi. aqua magis frigidi
q̄z humidi. aer magis humidi q̄z calidi. ignis magis cali-
Nōndū di q̄z sicci. ℭ Notandū autem ꝙ elementū prout hꝫ ma-
gis ⁊ minus ordinē ad aliaz ⁊ aliam qualitatem: est ma-
gis ⁊ minus actiuū ⁊ passiuū. vt ignis est maxime actiuꝰ:
qꝛ hꝫ magis ordinē ad qualitatē magis actiuā. vt ad cali-
dum. aqua aūt est subactiua. qꝛ hꝫ magis ordinez ad qua
litatē subactiuā. vt ad frigidū. aer āt est maxime passiuus.
qꝛ hꝫ ordinē ad qualitatem maxime passiuā. vt ad humi-
dum. terra v̊o est subpassiua. vt ad siccum.

Dubᵐ Dubitaret forte aliquis vtruz sic se habeāt ela ad
suas qualitates vt ph̄s ait. Nam si de
igne nō est dubiū ipsum esse summe calidū. ⁊ de aere ꝙ sit
primo humidū. de terra tñ ⁊ aqua dubiū est. videtur enim
ꝙ aqua nō debeat poni p̄mo frigida. sed terra: cuz magis
distet a celo q̄z aqua. Jō dixerunt aliqui ꝙ cū dicimꝰ ignē
esse primo calidu3. ⁊ aquā esse primo frigidā li primo non
denotat ordinē elementoꝝ. sed qualitatū. Non eni est sen
sus ꝙ aqua sit primo frigida. qꝛ est frigidior ceteris elis.
sed sensus est aquā esse primo frigidā. qꝛ cum sit frigida ⁊
humida per prius ei cōpetit frigiditas q̄z humiditas. vo-
lunt enim isti essentialr terrā frigidiorē esse aqua: qđ pro-
bant per celestez distantiā. Sed istud nō videtur posse sta
3op. re. s̄m enim sniam ph̄i ille quatuor qualitates videnꝭ con
2.g.23. stituere numerū quatuor p̄moꝝ corporū. quod non esset
nisi cuilibet elementoꝝ cōpeteret aliqua istarū qualitatū
T.c.4. p̄mo. sed ꝙ est p̄mo tale est maxime tale. vt innuitur scđo
metha. Jgnis eni est maxime calidus. qꝛ est p̄mo calidus.
aqua ergo erit maxime frigida. qꝛ est p̄mo frigida. erit er-
2ᵐ go omnibus frigidior. Amplius qđ plus strigit est qꝛ hec
positio videꝭ tollere mixtionē. qꝛ eniz ignis est primo cali
dus. qđcūqꝫ mixtū est calidū est tale per nām ignis. nisi. n.
mixta participarēt naturā ignis calida esse non possent. ⁊
sicut participant mixta nām ignis qꝛ calida. sic participāt
naturā aeris: qꝛ humida. ⁊ isto modo oīa calida reseruan-
tur in mixto. qꝛ mixta participāt aliquo mō virtutes ⁊ q̄-
litates oīum elementoꝝ. nisi ergo aliqua qualitas cōpete
ret elo p̊ ⁊ per se. ita ꝙ oībus aliis elis cōpeteret per ipsam:
nō posset saluari quō ela oīa concurrūt ad cōpōnē cuiusli
bet mixti. Cū ergo aque nō possit cōpetere humiditas pri-
mo: cū cōpetat aeri. cōpeteret ei primo frigiditas. erit ergo
aqua frigida primo non solū ex ordine qualitatū. vt ꝙ sit
primo frigida q̄z humida. sed ēt ex ordine subiectoruz. qꝛ
3ᵐ aqua est frigidior oībus aliis. ℭ Amplius si assignaremꝰ
solum primo ex ordine qualitatū iremus extra mētē ph̄i.
posset enim vna ⁊ eadē qualitas inesse primo pluribus ele
mentis. vt si aer esset p̄mo humidus. nō respectu alioꝝ ele
mentoꝝ. sed soluz diceret p̊ tale respectu caloris. qꝛ magis
esset humidus q̄z calidus. non esset inconueniēs aliud ele-
mentuz esse p̄mo humidū respectu alterius qualitatis: nō
igitur esset numerus elemētoꝝ s̄m numerū quatuor q̄li-
tatū si possent esse plura ela q̄z qualitates. cum vna quali-
tas pluribus elis posset primo cōpetere. Si igiꝭ via ph̄i ne
cessitatez habere dꝫ: opꝫ ꝙ primo dicat excessum respectu
omniū alioꝝ elementoꝝ. vt aer est humidus p̄mo. i. ē hu

midior ceteris elementis. iō nulliū aliud elm̄ poterit eē hu-
miduz primo. imo semp vna qualitas erit vnius eli p̄mo.
cōgrue ergo s̄m numerū p̄marū qualitatū erit numerus
p̄moꝝ corpoꝝ. ℭ Notandū ꝙ qđlibet elm̄ hꝫ vnā quali Nōndū
tatem p̄mo. nō solū ex ordine qualitatū: vt ꝙ ei magis cō
ueniat vna qualitas q̄z alia. sed etiā ordine subiectorū. qa
elm̄ illud cui conuenit aliqua qualitas primo conuenit ei
magis ⁊ pfectius q̄z aliis elis. imo mixta ⁊ elata ex hoc p-
ticipant p̄mas q̄litates. qꝛ participant nām illoꝝ eloꝝ: q-
bus p̄mo cōpetunt q̄litates ille. Utrum aūt vnū elm̄ parti
cipet aliud. vt vtꝝ aer dicatur calidus. qꝛ participat natu
ram ignis infra diceꝭ. ad p̄ns autē sufficit scire ꝙ ignis est
primo calidus respectu aeris ⁊ respectu alioꝝ eloꝝ. qꝛ est
magis calidus oībus elis. ⁊ qđ dictū est de igne respectu ca
liditatis intelligendū est de oībus elementis respectu q̄li-
tatum q̄ cōpetunt eis p̄mo. sed si sic dicimus ꝙ credimus
bene dictū. qꝛ sic ponēdo ponimus aquā frigidiorē terra.
restat nobis dare modū ⁊ viā quō hoc sit possibile: cum ter
ra remotior sit a celo q̄z aqua. ℭ Jdeo notandū ꝙ possu- Nōndū
mus distinguere duplicē calorē. elarē. s. ⁊ celestem. hos aūt
duos calores differre ⁊ non esse eiusdē rationis pbat Cō
mentator in. 12. methaph. ⁊ adducit ad hoc auctoritatem Com.18
ph̄i in li. de aialibus dicens. ꝙ iste calor celestis receptus i
seminibus figurat mēbra ⁊ format. calor aūt elaris desic-
cat ⁊ attenuat. pterea vt ait. calor celestis generat aialia.
elaris v̊o corrumpit ⁊ destruit. ⁊ ideo subdit ꝙ hō genera-
tur ab homine ⁊ a sole: qꝛ calor ille in cuius virtute mem-
bra formanꝭ ⁊ figuranꝭ v̊tute solis efficiꝭ. Sicut ergo due
q̄litates vt calor ⁊ sapor sunt in eodē pomo. qꝛ he due q̄li-
tates nō sunt eiusdē rōnis. sic in eodē igne p̄nt esse duo ca-
lores. igneus. s. ⁊ celestis cum hꝰ calores eiusdē rōnis non
sint. Jgnis enim cū hꝫ calorem ɔ̄ntē spēm ⁊ nām propriā.
hꝫ enim calorē qui acqritur ex motu celi. ⁊ sicut distigui-
mus duplicē calorē. sic distinguere possumus duplicē fri-
giditatem. elarē ⁊ celestē. vt dicamus aliqua habere cele-
stem frigiditatē. qꝛ modice pticipant de celesti calore. ⁊ in-
quantū priuanꝭ a tali calido inductū rōnē oppositā ⁊ pa-
riter quodāmō de frigida. Dicamus ergo aquā esse frigi-
diorem terra quātū ad frigiditatē elarem ⁊ sequētē spēm
in nām propriā. siue q̄ztū ad frigiditatē de qua loquimur.
terra tñ est frigidior aqua. qꝛ magis p̄uatur calore celesti.
non est ergo sile de calore ignis rōne aeris: ⁊ de frigiditate
terre respectu aqua. Est eniz ignis calidior aere duplici ca
lore: elari ⁊ celesti. elari quidē: qꝛ talis calor p̄mo competit
igni. celesti v̊o. qꝛ ignis est celo propinquior. aqua v̊o frigi
dior est terra frigiditate elari. terra v̊o frigidior est aqua:
qꝛ plus p̄uatur calore celesti. ℭ Notandum ēt ꝙ cogni-
ta vna qualitate primo conueniente alicui elo. qualitates Nōndū
alias p̊ cōuenientes elis aliis statim cōtingit cognoscere. vt
si scimus que q̄litas cōpetit primo aeri. Cū enim aer sit ca
lidus ⁊ humidus. caliditas nō contingit ei p̊. qꝛ posita est
hic cōuenire p̊ igni. cōueniet ergo ei p̊ humiditas. quo sci-
to scimus que q̄litas cōueniat p̊ aque. Naz nō humiditas
cū hec cōueniat p̄mo aeri. frigiditas ergo p̄mo ei ɔ̄ueniet.
sic ēt cū terra sit frigida ⁊ sicca. scire possumus ꝙ frigidi-
tas nō ɔ̄ueniet p̊ terre. qꝛ ɔ̄uenit aq̄. erit ergo terra p̊ sicca.
cognita ergo p̄ma qualitate vniꝰ eli aliorum qualitates p̄
mas cōuenit cognoscere. qđ declarare volebamus.


Quoniā aūt determinatū ē p̄us ꝙ T.c.24.
ē simplicibꝰ corporibꝰ ex inicē ge-
neratio. simul aūt s̄m sensuz vidē
tur gn̄ata. nō enim esset alteratio.
Dubᵐ Alterius forte dubitaret aliquis: dato q̄ aliquod
agens a ꝓposito possit imediate diuersa
ꝓducē: ꝓp quod propositio tacta in talibus agentibꝰ vni
uersalr̄ veritatē non hʒ: vtrum in omnibus agētibus nāli
bus ꝟitatem hēat. ❡ Ad hoc autē dici pōt q̄ agens nāle
agit: vt est ⁊ vt hʒ esse: sicut agēs a ꝓposito agit vt intelli
git: sicut ḡ si agēs a ꝓposito oʒ ꝑ se ⁊ imediate diuersa ꝓ
ducē opʒ q̄ diuersa intelligat: sic agēs nāle si oʒ imediate
diuersa efficē: opʒ q̄ diuersa sit: ⁊ q̄ in suo eē diuersitateʒ
habeat. Cum ergo nō sit icōueniēs aliquod agens ꝑ in
tellectum absq̄ʒ sui mutatiōe diuersa intelligē: sit tamē in
cōueniēs aliqd̄ agēs absq̄ʒ sui mutatiōe diuersa esse ⁊ hr̄e
in suo eē diuersitatē ꝓpositio dicta: q̄ idem manēs idem:
⁊ silr̄ semp̱ facit idē: lʒ nō hēat veritateʒ in omni agente a
ꝓposito: veritatem tamē hʒ in omni agēte nāli.

Dubᵐ Alterius autē dato q̄ agens aliquod manēs idē
possit multa ꝓducē dubitari potest: vtrū
cōcedēdum sit q̄ idē ꝫm idē semp̱ faciat idē. ❡ Ad hoc
autē dici pōt ꝓpositionē ꝓdictam vniuersalr̄ in omni agē
te veritatē hēre. Prima. n. causa ⁊ si manēs eadem ⁊ non
variata diuersa producat: producit ea nō ꝫm idē: q̄r non
ꝫm eandē ideam. Nam vt superius ꝑ Cōmētatorem tan
12.m.18 gebat̄: omnes forme que sunt poᵃ in mā ꝓma: sunt actu in
motore ꝓmo. has autē formas ideas appellare possumꝰ:
ꝫm ergo aliam ⁊ aliam talē formam: siue ꝫm aliā ⁊ aliaʒ
ideam deus aliud ⁊ aliud producē potest. si tamē est im
possibile ꝓmum ꝓncipium irrōnabilr̄ agē: impossibile est
ipsum ꝫm eandē rōnem ⁊ ꝫm eandē ideam ꝓducē hoīeʒ
⁊ equum. ꝓma enim causa sic ꝓducit res: vt est apta nata
imitari ab eis: omnia. n. intm̄ sunt per ipsum inquātū ꝑti
cipāt eius eē: ⁊ q̄r alr̄ ⁊ alr̄ ꝑticipant esse diuinū alia ⁊ alia
rōne sunt cōdita. Rō. n. ⁊ idea qua ꝓducunt̄ cetera entia
nihil est aliud q̄ʒ diuina suba vt est imitabilis ab eis: ⁊ qa
diuersa entia diuerso modo imitant̄ diuinum esse nō est i
telligibile diuersa entia eadem rōne eē producta. Cum ḡ
dicimus q̄ idē silr̄ se hn̄s semp̱ facit idē: silr̄ iportat vnita
tē rōnis ⁊ vnitatē ꝑ omnē modū: verū est: q̄r idē quātūcū
q̄ʒ sit agēs a proposito ꝫm eandē rōnē ⁊ ideam nunq̄ʒ fa
cit diuersa. Si ꝟo similr̄ iportat inuariabilitatē sic propo
sitio dicta non hʒ vniuersalr̄ ꝟitatē in agētibus a ꝓposi
to: q̄r aliqd̄ tale agēs non variatum pōt imediate diuersa
ꝓducē. Ex hoc ergo patē potest q̄ pluralitas cātorū aliq̄
mō reducit̄ ad pluralitatē in causa: cum isti plures effectꝰ
reducant̄ in plures rōnes: ⁊ in plures ideas quas in men
te diuina ⁊ in ipso deo esse dicimus. Ex hoc etiaʒ pʒ: q̄ ab
vno ꝫm vnam rōnem nō ꝓcedit nisi vnū: ꝓp qd̄ lʒ esse val
de abusiuus modus loq̄ndi. Ut tamē ipsis dictis pħi ali
quā veritatē accipiamus dicere possumus: q̄ idē similr̄ se
hn̄s facit idē si liceat dicē ipm̄ ꝓmum ꝓnᵐ: vt faciat plu
ra nō alr̄ se hr̄e: q̄r nō ꝑ eandē similitudinē nec per eandē
Nōndū ideā nec ꝑ eandē rōnem diuersa ꝓduxit. ❡ Notandū au
tē q̄ vt saluet̄ lr̄a pħi sufficit q̄ agēs nāle nō possit ꝓdu
cere diuersa nisi in se diuersificet̄. Intētio. n. eius est q̄ alla
tio ꝓma nō sit cā gñonis ⁊ corruptiōis: q̄r est semp̱ vnifor
mis: sed allatio obliqui circuli talis est cā: sed vt plane pʒ
in talibus agētibus nālibus ꝑ se loq̄ndo ꝓpō dicta. q̄ idē
silr̄ se hn̄s sp̱ fac̄ idē: nullā hʒ calūniā. ❡ Deīde cum dic̄.

❡ Jdq̄ʒ nō ꝓma allatio cā gñatiōis est ⁊ cor
ruptiōis: sed q̄ circa obliquū circulū: in hac
enim ⁊ ꝯtinuū inest ⁊ moueri duos motus.

❡ Concludit ex dictis allationē ꝓmam nō esse cām gñatio
nis ⁊ corruptionis: sed allationē obliqui circuli. Circa qd̄
duo facit: q̄r ꝓ facit qd̄ dcm̄ est. 2° ondit quō ꝑ talē allatio
nē saluari pōt gño ⁊ corruptio: ibi. (Necesse. n. erit.) Dicit
ergo. q̄ allatio ꝓma nō est cā gñonis ⁊ corruptiōis: cuius
rō est: q̄r allatio illa semp̱ est vniformis: sed allatio que est
circa obliquū circulū supple est talis cā: q̄r in hac allatio
ne est diuersitas: in ea. n. ꝯtinuū est: q̄r nunq̄ʒ defic̄ illa al
latio. ⁊ est in ea moueri duos motꝰ: accessiōis. s. ⁊ recessio
nis: q̄re ꝓp talē diuersitatē gñonē ⁊ corruptionē cāre po
terit. ❡ Notādū aūt q̄ si in celo distinguunt̄ duo motꝰ: Nōndū
vnus est ꝓmi mobilis q̄ est semp̱ vniformis ⁊ h̄ motus est
sup̱ polos mūdi ꝫm eq̄noctialē circuluʒ eq̄liter distantem
ab vtroq̄ʒ polorū q̄ cōi noīe circulus ꝓmi mobilis appella
tur: ⁊ iste motus est ab oriente in occidēs: ⁊ vocat̄ diurnꝰ:
q̄r in die nāli cōplet̄. Ultima. n. spera cuius est sic moueri
infra diem ⁊ noctem que faciunt vnam noctem nālem re
uoluunt̄ circa terram semel. Alius motus quasi opposi
tus huic est ab occidēte in oriens super polos ꝫodiaci qui
distant a polis mundi per. 23. gradus cum aliquibꝰ minu

tis. Circulus autē secans speram per mediuꝫ ſm equaleꝫ distantiam ab istis polis est zodiacus: qui sic se hꝫ ad istos polos sicut equinoctialis ad polos mundi: qḋ esse nō posset nisi zodiacus obliquaret̃ super eqnoctialē: ⁊ in vna pte declinaret ad septētrioneꝫ. in alia vero ad meridiē: sub hoc autem zodiaco currit sol qui ꝓpter sui magnitudineꝫ ⁊ luminositatem dr̃ esse pater planetarū ⁊ deoꝝ ⁊ virorum. i. planetaꝝ ⁊ hoīum: pater. n. sydeꝝ ⁊ planetarum est: q2 eis lumē prebet. hoīum auteꝫ pater: q2 hō generat hoīeꝫ ⁊ sol. 2m hunc autē circulū sol hꝫ duos motus accessionis ⁊ recessiōis: ita ꝙ a principio capricorni vsqꝫ ad ꝑncipiū cācri dr̃ accedere: per alia vō sex signa recedere: ita ꝙ tātus est motus accessionis q̄ꝫtus est recessiōis. Hoc viso facilius patēt dicta ⁊ dicenda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Necesse enim si erit semp ⁊ ꝯtinua gn̄atio ⁊ corruptio semp aliquid moueri vt nō deficiant trāsmutationes he. duo aūt vt non alterū contingat solū: ꝯtinuitatis quidē igitur totius allō cā. ꝑsentie vero ⁊ absentie cā inclinatio: ꝯtingit enim qn̄qꝫ lōge fieri: qn̄qꝫ prope: inequali. n. distantia ente: inequalis erit motus: quocirca si in accedēdo ⁊ in ppe eē generat: ⁊ in recedēdo ⁊ longe fieri idipsum corrūpit: ⁊ si in multotiēs adueniendo generat: in multotiens recedendo corrūpit: cōtrariorū. n. cōtraria est cā. Et inequali tpe generatio ⁊ corruptio que ſm naturam.

¶ Ostendit qn̄o per motū obliqui circuli causatur gn̄atio ⁊ corruptio. Circa qḋ duo facit: q2 p̊ facit qḋ dictuꝫ est. 2°
T.c.58. quod dixerat ꝓbat ꝑ ea que appent sensui: ibi. (Apparēt aūt ⁊ ſm sensum.) Circa primuꝫ duo facit: q2 ꝑmo ostēdit qn̄o talis motus circularis generationē ⁊ corruptionē cāt. scḋo ex hoc cōcludit tēpus ⁊ vitā vniuscuiusqꝫ mensurari
T.c.57. quodam circulo ⁊ quodaꝫ ꝑiodo: scḋa ibi. (Ideoqꝫ tp̄s ⁊ vita.) Dicit ergo. ꝙ si semper erit cōtinua generatio ⁊ corruptio necesse est aliquid moueri vt nō deficiant trāsmutationes he. s. generatio ⁊ corruptio. In illo aūt motu esse oꝫ duo. i. dualitatem ⁊ difformitatē sicut accessionē ⁊ recessionē vt non contingat alterū soluꝫ: q2 si esset motus vniformis non cāret vtrūqꝫ: sed cāret alterū solū: q2 vel soluꝫ generaret: vel solū corrumperet: ergo in illo motu obliqui circuli est continuitas ⁊ est diuersitas ipsius: ergo totius continuitatis causa est allatio ⁊ motus: q2 ille motus cōtinu9 est: sed difformitatis vt presentie ⁊ absentie siue accessus ⁊ recessus cā est inclinatio ⁊ obliquitas illius circuli. Cōtingit. n. solem ꝑꝑ obliquitatē circuli in quo mouet̃ qn̄qꝫ esse longe: vt cum recedit: qn̄qꝫ prope: vt cum accedit. Ipso vēro solo ente in distantia inequali inequalis erit mot9. i. inequaliter mouebit ⁊ alterabit nos: cum ſm diuersa tēpora inequaliter distet a nobis. Quocirca si sol in adueniēdo ⁊ in prope esse generat: in recedendo ⁊ in longe fieri idipsum solem opꝫ ꝙ corrumpat. Et si in multotiens adueniendo generat: in multotiens recedendo corrumpit. Contrarioꝝ enim contraria est cā. Addit ꝙ generatio ⁊ corruptio que sunt ſm naturaꝫ cōem non ſm naturā celestis corporis sūt in tempore equali: q2 tēpus accessionis cui attribuitur generatio dictum est equale esse tempori recessionis cui attribuitur corruptio. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.57. ¶ Ideoqꝫ ⁊ tp̄s ⁊ vita vniuscuiusqꝫ habꝫ numerū ⁊ hec determinant̃: oīuꝫ eni est ordo: ⁊ omne tp̄s ⁊ vita mēsurat̃ periodo: sed tn̄ non eadē oēs: sed hi qdē minori: hi aūt maiori: his annus quideꝫ enim: his autem maior: alijs aūt minor ꝑiodus est mensura.

¶ Concludit ex dictis omnia mensurari quadaꝫ circulatione dicens: quia hec inferiora reducuntur in motum celi: iō tempus ⁊ vita vniuscuiusqꝫ habet numerum ⁊ mensuraꝫ ex reuolutionibus celi. Quodlibet enim generale determinatur hoc: idest certo numero reuolutionū: q2 omniuꝫ est ordo ⁊ omne tempus: ⁊ vita mensuratur ꝑiodo. i. circulari mensura. Dicitur. n. ꝑiodus a ꝑi: quod ē circuꝫ: ⁊ ideus quod est modulatio siue consonantia: q2 omnia mensurantur quadam circulari consonantia: sed tn̄ non oēs res mensurantur eadem mensura ⁊ eadem periodo: sed hi quidem minori: hi autem maiori: his quidem mensura est annus: his autem maior q̄ꝫ annus: alijs autem est mensura minor ꝑiodus q̄ꝫ annus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Apparent aūt ⁊ ſm sensum confessa his q̄ a nobis dicta sunt: videmus eni ꝙ aduenientē quidem sole generatio est: recedēte aūt diminutio: ⁊ inequali tpe alterutrū: equale. n. tp̄s generationis ⁊ corruptionis que ſm naturā: sꝫ ꝯtingit multotiēs in minori corrūpi ꝑꝑ adinuicē confusionē: inequali enim ente materia ⁊ non vbiqꝫ eadeꝫ: necesse ⁊ generationes ineq̄les esse: ⁊ has qdeꝫ citiores: has aūt tardiores: quocirca accidit ꝑꝑ hoꝝ generationem alijs generari corruptionem. T.c.58.

¶ Manifestat quod dixerat per ea que sensui apparent dicens. ꝙ que dicta sunt a nobis sunt confessa ⁊ cōcordia his que apparent ſm sensum. Uidemus. n. ꝙ adueniente sole est generatio. recedente auteꝫ ꝙ est diminutio ⁊ corruptio. In tempore. n. equali est alterutrum. i. vtrūqꝫ. vꝫ. generatio ⁊ corruptio: quia motus accessionis equalis est motui recessionis. Ideo tempus generationis est totum illud tēpus in quo res proficit ⁊ tendit ad perfectiorem statum. Illud vero in quo deficit ⁊ tendit ad corruptionē donec fit corruptum vocatur tēpus corruptionis. Hec autē duo tēpora si sint equalia ſm naturaꝫ celestis circuli: possunt tn̄ fieri inequalia propter aliam ⁊ aliaꝫ dispositionē materie. Ideo subdit ꝙ propter cōfusionem eꝛorum adinuicē. i. ꝑꝑ aliam ⁊ aliam mixtionem contingit multotiens in minori tēpore corrumpi: ita ꝙ tēpus corruptionis minus est tpe gn̄ationis. Mā enim ente inequali ⁊ non existente mā eadē ⁊ equal̃r disposita vbiqꝫ: necesse est ⁊ generationes inequales esse: ⁊ has opꝫ esse citiores. his autem tardiores. Et q2 gn̄atio vnius est corruptio alterius accidit ꝑꝑ gn̄ationeꝫ horū: alijs generari corruptionē: sunt. n. alia corrupta q2 sunt alia generata. ¶ Notāduꝫ aūt nō oēs cōstellationes nec oēs aspectus sydeꝛuꝫ equal̃r demonstrare: ⁊ ꝑ eq̄le tp̄s habere influētiaꝫ. imo talem aspectum hꝫ iuppiter cōiunctus cū saturno: quē non hꝫ coniunctus cum luna: ⁊ q2 velocius dissoluitur ꝯiunctio illa quā hꝫ iuppiter ad lunā: eo ꝙ luna oīum planetaꝝ sit velocissima: q̄ꝫ dissoluat̃ coniunctio iouis ad saturnuꝫ: q2 quilibet eoꝝ tarde mouetur. Et appellamus tarde moueri: qḋ tardius cursuꝫ complet. Possibile. n. est saturnum moueri velocius q̄ꝫ luna: cū luna cōpleat suū cursuꝫ i mēse: saturnus vero in. 30. ānis: q2 forte plus superat circulus saturni circuluꝫ lune q̄ꝫ. 30. anni vnum mensem. Si enim duo motores ꝑgunt inequales vias in temporibus inequalibus: si via plus superat viam q̄ꝫ tp̄s tp̄s: qḋ mouetur per viā maiorē velocius moueri cōtingit: sic hec diuersificāt propositum nostrum. Planete. n.

Nōndū

ꝰm ꝙ velocius ⁊ tardius pficiunt motus: sic etiã cõiungun-
tur velocius ⁊ tardius separantur. Si ergo cõiunctiões sy
derum ⁊ aspectus eorũ non equalez dominationẽ habẽt:
q2 in alia ⁊ alia mixtione dñatur alius ⁊ alius aspectus: nõ
oĩa mixta equaliter durabunt nec mensurabuntur eadem
piodo. ¶ Amplius mixta pp aspectum syderuz nõ solum
magis ⁊ minus permanent: q2 hmõi aspectus magis ⁊ mi
nus durãt. Sed etiã contingere põt: q2 vnus aspectus est
alio fortior: erit ergo vnũ mixtũ permanentius alio ꝰm ꝙ
in eo dominabitur fortior ⁊ illis debilior aspectus. Quicũ
q3 ergo sciret durationem oĩum aspectuũ ⁊ oĩum ꝯiunctio
nũ: ⁊ sciret vires oĩum syderuz existiuz in circulo celesti: qñ
res generantur de duratione ipsius rei genite aliqua ꝓno-
sticari posset: sed oĩmodaz veritatẽ non haberet. q2 vt cõi-
ter ponitur ĩpediri posset ex libero arbi. vel ex alia ⁊ alia di
spositione materie. Jdeo q̃tuz est ex natura celi oĩa men-
surant sua piodo ⁊ sua circulatione: ⁊ alia piodus non est
equalis: sed aliquaꝝ est maior: aliquaꝝ ẽ minor. potest tñ
hmõi piodus siue sit magna siue sit pua vocari vnus annꝰ
⁊ diuidi p quartas ⁊ p verẽ: estatẽ: autũnũ: ⁊ hyemẽ. S3 si
sit magna piodus magnũ hẽbit autũnũ ⁊ magnaz estatẽ.
Jn vna. n. die illa. 4. tpa distinguere possumus: quia diuisa
die in. 4. quartas vna quarta assimilabiẗ magis hyemi ⁊
erit frigida ⁊ humida: ⁊ alia assimilabiẗ magis veri ⁊ erit
calida ⁊ hũida: alia magis estati: ⁊ erit calida ⁊ sicca. Jta
ꝙ si aliqđ aĩal hñet vitã determinataz per vnam diem: qđ
dr̃ a multis contingere de quodã pisce: qui in eadẽ die mo
riẗ ⁊ oriẗ: vñ ⁊ piscis ille vocaẗ dies: q2 vita eius q̃tuz est ex
celesti corpore vna die mensuraẗ. Nihilominus tñ h̃ piscis
posset dici viuere per annũ: sed ille annus esset valde puus
⁊ haberet puuz autũnũ ⁊ paruum verez. Sic etiam si du-
ratio rerũ esset per centũ annos: oẽs illi. c. anni possent dici
vnus annus ⁊ vna piodus: ⁊ autũnus vel hyẽs illius anni
esset. 25. annoꝝ solariũ: q2. 25. est quarta ps centenarij: vn-
de ⁊ ph̃s in lib. methauroꝝ cãm assignans: quare vna ps
terre vno tpe abundat aqs: ⁊ alio tpe abũdat ps aª: ait ter
ram ꝰm aliũ ⁊ aliũ aspectũ supercelestiũ corporuz in parte
vna senescere ⁊ effici siccã. i alia vo iuuenescere ⁊ effici humi
dam: sed ista iuuentus: ⁊ ista senectus mensuratur magno
anno: ⁊ est in illo ãno assignare magnuz autũnũ ⁊ magnã
estatez. Transit. n. aliquãdo spatiũ mille ãnoꝝ vel pluriũ
anteq̃3 terra iuuenis senescat ⁊ fiat sicca: totuz tñ illud tp̃s
vnus magnus ãnus dici potest. Sicut ergo in eodem ãno
solari per. 6. signa sol accedit: ita ꝙ tp̃s accessionis est equa
le tpi remissionis. Sic q2 vita ⁊ pmanẽtia cuiuslibet rei an
nus dici potest: in illo ãno tp̃s accessionis qđ põt dici tem-
pus generationis est equalis tpi remissionis: qđ põt dici tẽ
pus corruptionis: vt si res esset apta nata viuere ex celesti
circulo per. c. ãnos per. l. ãnos diceretur ꝓficere ⁊ gñari: ⁊
p alios diceret deficere ⁊ corrũpi. Ex hoc autẽ appet q2 si-
cut in motibus syderũ nõ est assignare ꝓprie statum: q2 sy
dera cõtinue mouenẗ: pp qđ si assignaẗ ibi status hoc ẽ ꝰ3
quid sicut dr̃ planeta stationarius: nõ q2 ꝰm veritatẽ: sed
post retrogradũ anteq̃3 fiat directus ꝰm quãdaz similitu-
dinẽ dr̃ stationarius: q2 retrogradatio vr̃ esse ꝯ̃ria directio
ni: ⁊ inter duos motus ꝯ̃rios est dare quietẽ mediã. Sic ẽt
sol in cancro ⁊ capricorno diciẗ stationarius: vnde ⁊ cõiter
dr̃ ꝙ hec duo solstitia faciunt cancer ⁊ capricornus: ꝰm ve
ritatem tñ sol nũq̃3 stat: sed q2 vsq3 ad cãcruz dr̃ ad nos ac
cedere: a cãcro ⁊ vltra dr̃ a nobis recedeř. Cũ ergo accessus
videatur esse ꝯ̃rius recessioni: in pñº cancri per q̃3daz simitu
dinez dr̃ stare: q2 inter duos motus ꝯ̃rios est dare quietem
mediaz: sic etiaz in capricorno stat: q2 vsq3 ad capricornuz
sol a nobis recedit: a capricorno vltra dr̃ ad nos accedere:
⁊ sic sydera nũq̃3 stant: sed ad nos accedũt vel recedunt ⁊
tp̃s accessionis est eq̃le tpi recessionis. Sic q̃tum est ex ce-
lesti corpore: ⁊ ex motu syderũ in vita vel duratione alicu-
ius gñabilis nõ est dare statuz ꝓprie loquendo. Sed ꝰm
nãm celestez medietas totius illius tpis dr̃ esse tp̃s gñatio
nis. ⁊ alia medietas dr̃ esse tp̃s corruptionis: ꝙ si ita nõ sit
⁊ aliter cõtingat hoc est ex remedijs adhibitis ex libero ar.
vel ex alia ⁊ alia dispõne materie: ⁊ hinc est forte ꝙ cuz tp̃s
iuuentutis hoĩuz sit vsq3 ad. 35. ãnũ: vt Cõmẽtator ait: pp T.c.58.
qđ vita nãlis humana in. 80. ãnis determinari debeat: pp
aliaz ⁊ aliã dispõnez mãe aliq magis ⁊ minus viuũt. Jm-
mo ex eo ꝙ hoĩes per liberũ arbi. adhibent magnaz diligen
tiam circa ꝓpriũ corpus dato ꝙ tp̃s iuuẽtutis duret vsq3
ad. 35. ãnos: viuunt tñ aliqñ hoĩes per. c. annos ⁊ vltra. Cõ
tingit. n. hoc per diligentiaz adhibitam ex humana indu-
stria: q2 sapiens dñabitur astris: vt vult Ptolo. in cẽtilogo
suo: vel hoc contingit ex alia ⁊ alia dispõne mãe. Est autez
diligenter notandũ ꝙ ꝰm intẽtionem ph̃orũ: hoĩes quia
sunt vnũ in nã ⁊ in spẽ q̃tuz est ex pte spẽi cõpetit eis vnuz
tp̃s gñationis ⁊ corruptiõis: ⁊ tñ q2 spẽs humana saluaẗ i
diuersis cõplexionibꝰ ꝰm diuersas cõplexiones nãr aliqui ma-
gis ⁊ minus viuunt. Sic absolute loquendo q̃tum est ex
pte celestis circuli cuiuslibet spẽi cõpetit vna piodus: tamẽ
ꝰm ꝙ indiuidua illius spẽi sub alia ⁊ alia cõstellatiõe oriũ
tur sic mẽsuranẗ alia ⁊ alia piodo: pp qđ patere põt quõ di
uersificaẗ piodus in rebus ⁊ quõ nõ: ⁊ h̃ ad ista sufficiant.

Semp vero vt dictũ est cõtinua erit
generatio ⁊ corruptio ⁊ nũq̃3 defi
ciet ꝓpter quã diximꝰ cãm. Hoc
autẽ rõnabiliter contingit. Oĩn. n. T.c.59.
in omnibus ingmus ꝙ melius desiderare
naturaz semp: melius autez esse q̃3 non esse:
quot esse aũt modis dicimus in alijs dictuz
est: hoc aũt in oĩbus impossibile existere pp
longe a principio distare: reliquo modo cõ
pleuit esse deus faciẽs cõtinuã generationẽ:
ita. n. maxime cõtinuabitur esse: q2 proxime
est sub̃e fieri semper per generationem.

¶ Jn ista pte vt dicebaẗ assignat ph̃s cãm ppetuitatis gene
rationis ex cã finali: circa qđ tria facit: q2 primo facit qđ di
ctũ est. scđo q2 dixerat oĩa hec inferiora suscipere mẽsuraz
ex motu celi reducit oĩa talia in motũ celestem. 3º ex his q̃
dicta sunt assignat solutionẽ cuiusdã dubitabilis questio-
nis. 2ª ps ibi. (Jđ ⁊ alia quecũq3.) 3ª ibi. (Simul autẽ ma- T.c.60.
nifestũ ex his.) Dicit ergo. ꝙ semp vt dictuz est ꝯtinua erit
gñatio ⁊ corruptio: ⁊ pp quã cãm nunq̃3 deficiet: diximus
q̃tũ est ex parte motus obliq circuli. Sed hoc rõnabiliter
cõtingit nõ solũ ex pte motus: sed etiam ex pte finis: qm̃ in
oĩbus ingmus nãm desiderare sp qđ melius est: melius ãt
est esse q̃3 non esse. Quot autẽ modis dicimus esse ⁊ quot
modis accipiẗ esse dictũ est in alijs: vt in. 5. metha. Cum er T.c.13.
go h̃. s. esse ĩpoꝛe sit existere ⁊ continuari in oĩbus pp longe
distare a pñº. Quedam. n. intñ distant ⁊ deficiunt ab esse
primi principij ꝙ in suo esse continuari non possunt. Jdeo
reliquo modo. i. alio mõ deus compleuit. i. cõtinuauit esse
gñabilium cõtinuam faciens generationẽ eoꝝ. Naz ita. i.
per generationem cõtinuaz maxime continuabiẗ tale esse:
q2 semp fieri per gñationez est proxime. i. propinquuz ipsi
sub̃e. ¶ Notanduz autem ꝙ generatio est via in esse ⁊ in Nõndũ
sub̃az: ⁊ q2 via est proxima termino: gñatio est propinqua
ipsi esse ⁊ ipsi sub̃e: cum ergo generabilia non possint conti
nuari in suo esse cõtinuat ea deus alio modo. v3. per gene-
rationem: que est ꝓpinqua ipsi esse: ergo ex parte finis ⁊ ex
parte ipsius esse: quod finaliter in nã intenditur continua

bitur generatio. Bonũ est.n.cum aliqs nõ põt obtinere ipsum finẽ ẜm se ꝙ accipiat aliqd ꝓpinquũ fini ⁊ ꝯstituat sibi finẽ qꝺ est fini ꝓpinquũ: que aũt ꝑpetuũ esse accipe non pñt accipiant ꝑpetuã gñationẽ: q̃ gñatio ꝓpinqua ẽ ipsi esse.

Nõndũ ¶ Notandũ aũt ꝙ spẽs ꝓpinqua est ipsi indiuiduo: totum.n.esse ⁊ tota nã indiuidui est spẽs. Indiuiduũ.n. supra speciem adducit significationẽ mãe. Cũ ergo gñabilia in esse indiuiduali ꝑpetuari non possint cõpleuit deus ꝑpetuitatez ipsius esse mõ relicto.i.mõ alio: q̃ ꝑpetuant ea in esse specifico que ꝑpetuari nõ poterãt i esse significato. Nã semper fieri ꝑ gñationẽ ⁊ ꝑpetuari ẜm spẽm est ꝓpe ipsi subẽ indiuidue: q̃ tota suba indiuidui ⁊ ipsius eẽ reseruatur in spẽ. Põt ergo lr̃a ꝑhabita legi dupl̃r.vz.ꝓut gñatio est ꝓpinqua ipsi esse: ⁊ ꝓut spẽs est ꝓpinqua ipsi subei diuidue. Utroqz.n.mõ.vz.ẜm gñationẽ ⁊ ẜm esse specificũ perpetuantur hec generabilia ẜm philosophum.

Dub^m **Dubitaret** forte aliqs de eo ꝙ pħus in lr̃a innuit: videlicet ꝙ deus intẽdẽs ꝙ melius est ⁊ intendens ipsuz esse ꝑpetuauit gñationẽ generabiliuz. Cũ ergo esse gñabiliũ sit aliud ab esse diuino: si deus tale esse intẽderet sequeret̃ ipsum intẽdere aliquid extra se: ⁊ q̃ finis.⁊ id ꝙ intendit̃ mouet agentẽ ⁊ facit efficientẽ: deus cõstitueret sibi aliquẽ finẽ ꝑter se: ⁊ aliqꝺ bonũ aliꝺ a deo moueret deũ vt ageret: qꝺ est absurdũ. ¶ Ad hoc autem dici põt ꝙ deus vnũ effectũ ordinat ad aliũ effectũ. deum ergo agere pp finẽ aliũ põt itelligi dupl̃r: vel q̃ ille finis ⁊ finis dei efficiẽtis. vel ꝙ sit finis ipsius effectus diuini. Primo mõ locutio est ĩpossibilis: nihil.n.aliud a deo põt esse finis ipsius dei. Deus.n.pp seipsuz nõ pp aliũ finẽ operatus est vniuersa. Sz scꝺo mõ ꝓpõ põt esse vera: deus.n.potest operari pp finẽ aliuz: sz ille finis nõ erit finis dei opantis: sed diuini operis: q̃ nõ est icõueniẽs vnũ diuinũ opus ordinari ad aliud diuinũ opus: ⁊ sic deus mouet ⁊ cõtinuat gñationẽ pp esse gñabiliũ: q̃ motus ⁊ gñõ que sunt quoddaz opus diuinuz ordinant̃. Sic.n. imaginari ꝺbemus ꝙ finis ⁊ bonuz sunt obm volũtatis: vt sunt apprehensa ab intellectu. Nullũ autẽ bonũ voluntatem mouet nisi sit ab intellectu apprehẽsum. Iõ modus volẽdi quodãmõ sequitur modũ intelligendi. Sicut ergo deus nihil aliud extra se intelligit tãq̃ ꝑncipale obm: sz ꝑ per se intelligit seipsum ⁊ intelligẽdo se intelligit oĩa: sic tanq̃ principale volũtũ vult suaz bonitatem ⁊ seipsum: ⁊ volendo seipsum vult alia.

Dubiuz **Alterius** forte dubitat et aliqs: q̃ nõ solũ est incõueniẽs esse gñabiliũ esse finem dei: sed est incõueniens tale esse finẽ ipsius motus: si.n.corpa supcelestia mouerẽtur pp gñationẽ istoꝝ ⁊ pp eoꝝ eẽ: g̃ hec sunt nobiliora illis: cũ semper finis sit nobilior his que sunt ad finẽ: nec sufficeret si quis cõcederet hoc verum esse: q̃ inter hec inferiora clauditur hõ qui est celo nobilior: q̃ hõ non est celo nobilior ex ea pte ex qua est corruptibilis: sz si hoc verũ est: veritatẽ hz pp intellectũ: q̃ alterũ genus est ⁊ separatur ab aliĩs sicut ꝑpetuũ a corruptibili: ⁊ q̃ ꝑ se directe celum est cã istorũ inferiorũ vt sunt gñabilia ⁊ corruptibilia: q̃ ẜm ꝙ talia non sunt nobiliora celo ꝑ se loquẽdo vr̃ sequi ꝙ nobile ad ignobile ordinet̃ si motus celi sit pp ordinationẽ istoꝝ. ¶ Amplius cũ celum nõ soluz faciat ad generationẽ hoĩs: sed ẽt ad gñationẽ aliorũ semper vr̃ seq ꝙ nobile sit pp ignobile: si motus celi sit pp gñationẽ quã causat. Ad hoc aũt dici potest ꝙ finis ⁊ illud ad qꝺ ordinatur aliqd nõ est qꝺlibet intẽtum: sed intẽtũ ꝑncipale: sz enĩ pħorũ sñiam intẽdit celuz per suũ motũ gñationẽ istorum inferiorũ: nõ tñ intendit eaz principaliter: sz q̃ gñando hec inferiora existit eoꝝ causa ⁊ assimilatur cause ꝑme q̃ est maxime cã: intendit gñationem hoꝝ vt per esse cõsequatur similitudinẽ cãe prime. Nõ.n. ꝺbemus arguere ꝙ nobile sit pp ignobile: nec ꝙ celũ sit pp generationẽ eloꝝ: q̃ nõ intendit talẽ gñationẽ ꝑncipaliter vt dictũ est.

Dub^m **Alterius** ãt cõsurgit dubitatio quõ celuz ⁊ alia pñt intẽdere aliquid: ⁊ si forte de celo possemus hoc cõcedere: q̃ ẜm quosdaz celi sunt aĩati. Iuxta illꝺ Aui.in methaphi.sua. Elemẽtũ est aĩal obediens deo: qꝺ vtrũ veritatez habeat: ⁊ qualiter intelligẽduz sit celos aĩatos esse nõ est pñtis speculationis. Uerũtñ qcqd sit de celo de natura tñ: cum cognitione careat: dicere qꝺ intẽdit: ⁊ ꝙ sit aliquid de intentiõe eius vr̃ oĩno absurdũ: male ergo dicit pħs ꝙ natura desiderat vel intẽdit qꝺ meliꝰ est.

R^o ¶ Ad hoc aũt dici põt ꝙ desideriũ ⁊ appetitus ⁊ intentio dñt inclinationẽ quãdaz cognitionẽ ꝑcedens: q̃ desideriuz ⁊ talia mentẽ ⁊ cognitionez vñr ꝑsupponere. Nã ergo si desiderat ⁊ appetit: hmõi appetitus aliquod cognitioni ꝑsupponit: q̃ si inclinaretur nã in aliquid: ⁊ illa iclinatio a cognitione: nõ procederet: non mereret̃ nomẽ appetitus. Nã ergo appetit ⁊ ꝑ cognitionẽ appetit: nõ per cognitionez que sit in ipsa: sz per cognitionẽ que est in alio. Sicut.n. voluntas appetit: ⁊ tñ volũtas non cognoscit. dicitur tñ desiderare: q̃ a cognoscẽte dirigitur. Cum.n. videamus nãm indirecte agere: q̃ vtplm cõsequit̃ finẽ debitũ: debemus arguere: ꝙ natura ab aliquo intelligente dirigit̃: in cuius virtute cõsequit̃ finẽ intẽtuz. casualr̃.n.qs cõsequit̃ finẽ intentum nisi ipse sit in se cognoscẽs vel dirigat̃ ab aliquo cognoscẽte: ⁊ oĩno opus nãe dicit̃ esse opus itelligẽtie: q̃ natura nõ agit nisi ꝑ intelligentiã sit directa. Sic ergo pro tãto dr̃ nã intẽdere ⁊ desiderare: nõ q̃ ipsa: vt dictum est: in se cognoscat: sed q̃ a cognoscẽte ⁊ intelligẽte dirigit̃: ⁊ ista est sñia. Cõmẽtatoris sup.12.metaphi. vbi dr̃ ꝙ ẜm hoc est intelligendũ ꝙ natura facit aliqd perfecte ⁊ ordinate: ⁊ quãuis nã nõ intendat nisi rememorata ex virtutibus agẽtibꝰ nobilibus: que dñr intelligentie. ¶ Deinde cum dicit. Co.18.

¶ **Huius aũt cã vt dictũ ẽ multotiẽs i circuitu allatio: sola.n.continua: ideo ⁊ alia q̃cũq̃ trãsmutant̃ adinuicẽ ẜm passiones ⁊ potentias. V.g. simplicia corpora imitant̃ i circuitu allationem. qñ enim ex aqua aer generat̃: ⁊ ex aere ignis: ⁊ rursus ex igne aqua in circuitu. dicimus enim circuire generationez: q̃ rursus reuertitur: quocirca ⁊ recta allatio assequens eam que in circuitu cõtinua est.** T.c.59.

¶ Redit ad oñdenduz quõ oẽs isti motus inferiores reducuntur in motũ celestẽ ⁊ perpetuant̃ per ipsum: dicens ꝙ hmõi cã.vz.ꝙ semꝑ fiat gñatio est allatio que est i circuitu vt multotiens dictũ est. Naz q̃ sola circularis allatio ẽ cõtinua: iõ ⁊ alia quecũq̃ trãsmutant̃ adinuicẽ ẜm passiões ⁊ ẜm potentias.i.ẜm virtutes actiuas ⁊ passiuas. v.g. cuiusmodi sunt simplicia corpa: talia quidẽ in suis trãsmutationibus imitant̃ allationem in circuitu. Naz qñ ex aqua generatur aer: ⁊ ex aere ignis rursus fit ibi quidam circulus: q̃ ex igne postea regenerat̃ aq̃. Dicemus.n.gñationẽ circuire i circuitu: q̃ rursus reuertitur gñatio. Quocirca cũ quedã circulatio fit in istis elis: recta allatio que est eloruz assequens est eam allationem que est cõtinua in circuitu. Nam si res assequit̃ rem ⁊ motus motum: ex quo ela aliquo modo assequũtur circulum: motus ipsoꝝ ⁊ imitabit̃ ⁊ assequet̃ circulationẽ quandaz.

Nõndũ ¶ Notanduz aũt ꝙ nõ solum gñatio eloꝝ: sed etiã motus eoꝝ qui ẽ rectus imitatur aliquo modo circulũ: q̃ sole exñte in signis calidis vincunt ela supiora ⁊ cõuertunt aliquã partẽ ad se de elis inferioribus: vt vincẽte igne super aerem est ignis generatus vbi prius fuerat aer corruptus. sole autem recedente ab illis signis fit eõ: q̃ ela inferiora hñt victoriaz super elis su

periorib9: ⁊ q2 circulariter est motus solum circularis est trāsmutatio. Ignis ergo aliq̄n extēdit se ad inferius capiendo aliqd de spa aeris: ⁊ aer extēdit se ad superius capiēdo aliqd de spera ignis: ⁊ q2 hoc fit circulariter: vt dictum est motus ad superius ⁊ inferius imitanꝰ quodāmō circuluz ⁊ q2 tales motus sunt recti: recta allatio quodāmodo imitatur circulationem. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.60. ¶ Simul aūt manifestū ex his ꝙ quidā querunt: quare vnoquoq3 corpoꝝ in ꝓpriā allato regionē in īfinito tpe nō distant corpora: cā eni hui9 est que adinuicē transitio: si enim vnūquodq3 maneret in sua ipsi9 regiōe ⁊ nō trāsmutareꝰ ab eo qd̄ proprie iā vtiq3 destitissent: trāsmutanꝰ quidē igiꝰ ꝑꝑ allationez duplicē entem: q2 trāsmutant aūt nō ꝯtingit manere nulluz eoꝝ in nulla regione ordinatū. Qd̄ quidē igiꝰ est generatio ⁊ corruptio ⁊ ꝑꝑ quā cām: ⁊ quid generabile ⁊ corruptibile: manifestū est ex his que dicta sunt.

¶ Ex his q̄ dixerat soluit quādā dubitabilē q̄ōnem dicens: ꝙ sīꝰ mani^m est ex his dictis id qd̄ q̄dam querunt. vz. quare vnoquoq3 corpoꝝ elꝛoꝝ i ꝓpriā allato regionē in infinito tpe corpa eloꝝ nō distāt. i. q̄re iaz ꝑ infinitū tps. ⁊ ab eterno corpa eloꝝ nō sꝑ hn̄t disticta loca: ita ꝙ absq3 cōfusione ⁊ absq3 ꝯmixtione q̄dlz maneat in sua regione ⁊ in sua spa. Cā. n. huius est trāsmutatio q̄ ē eloꝝ adinuicē. Si. n. vnūqd̄q3 el3 maneret ī sua ipsi9 regiōe sine ꝯfusiōe ⁊ absq3 ꝯmixtione: ⁊ nō trāsmuteꝰ ab eo elo qd̄ est ꝓpe ipsuz: iam vtiq3 destitissent trāsmutatiōes eoꝝ. s3 nūq̄3 desistūt transmutari: s3 trāsmutanꝰ ꝑꝑ duplicē entē allationē. i. ꝑꝑ allationē solis q̄ est duplex: ⁊ difformis ꝑꝑ obliq̄tatē zodiaci: ⁊ q2 cōtinue ela se trāsmutāt: iō nō cōtingit vllū eoꝝ elorum manere in nulla regione ordinata: sꝑ. n. est ibi cōmixtio ⁊ inordinatio q̄daz.

Nōndū ¶ Notandū aūt ꝙ q2 circulariter celum moueꝰ ⁊ continue in vna ꝑte vincunt signa calīa: ⁊ in alia v̓o frigida: q2 ex tali victoria cōsurgit cōfusio eloꝝ: ⁊ vnū elm̄ accipit de spera alterius: ideo hec elemēta nō possunt stare ordinate in speris suis. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.61. ¶ Quoniā aūt necesse est esse aliqd mouēs si motus erit vt dictū est prius ī alījs: ⁊ si semꝑ ꝙ op3 aliquid eē semꝑ ⁊ si ꝯtinue vnū: ⁊ idē ⁊ imobile: ⁊ inalterabile: ⁊ ingenerabile: ⁊ si multi qui ī circuitu motus multa quidē: oia aūt qualiter eē hoc necesse sub vno ꝑ̄ncipio.

¶ Assignat cām cōtinuitatis. ⁊ duo facit: q2 ꝑ̄mo facit qd̄ dictū est. 2° quoddā qd̄ supposuerat ꝓbat: ibi: (Cōtinuo āt ente.) Dicit ergo. ꝙ vt dcm̄ est prius in alījs. s. in. 8. phycorū. Si motus erit necesse est aliquid esse mouēs: ⁊ si semꝑ erit motus: o3 semꝑ aliqd esse mouens: ⁊ si continue aliqd moueꝰ o3 dare vnū ⁊ idez imobile ⁊ inalterabile ⁊ ingn̄abile: qd̄ continue moueat. Et si multi sunt mot9 qui sunt in circuitu: multa q̄dē o3 esse mouētia: ⁊ oia hec mouētia o3 qualꝛ. i. aliqualiter esse sub vno ꝑ̄ncipio. ⁊ tunc suppleatur rō: ꝙ q2 oēs motores celestes sunt sub vno motore semper mouente cū ex ordine illoꝝ motoꝝ causeꝰ generatio ⁊ corruptio in istis inferioribus: ꝑpetua erit hec generatio: quia perpetuus est ordo talium motoꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Continuo aūt ente tpe necesse motū esse cōtinuū si impossibile tp̄s sine motu eē: cōtingit igiꝰ alicuius tp̄s numerus: eius q̄dē q̄ in circuitu: ergo quēadmodū in his que a principio determinatum est.

¶ Quia supposuerat motū ꝑ̄^m esse cōtinuū ⁊ ꝑpetuuz: ⁊ ex ꝑpetuitate illius motus arguebat ꝑpetuitatem motoris ⁊ ꝑpetuā trāsmutationē in istis inferiorib9: ideo probat motum illū esse cōtinuū ⁊ ꝑpetuū: qd̄ fuerat in ꝑ̄cedenti rōne suppositū: ⁊ duo facit: q2 ꝑ̄ ꝓbat hmōi motū eē cōtinuuz. 2° inquirit a quo h3 cōtinuitatē: ibi. (Continuus aūt motus.) Dicit ergo. cōtinuo aūt ente supple tpe necesse ē motū cōtinuū esse: q2 impoīe est esse tp̄s sine motu. Est igitur tp̄s numerus eius motus cōtinui q̄ est in circuitu. i. q̄ est circularis. q. d. ꝙ q2 tp̄s est ꝑpetuū ⁊ cōtinuū: o3 motū illū circularez ⁊ per motū ipsuz tp̄s cuius est numerus eē ꝑpetuū ⁊ cōtinuū. Nōndū ¶ Notandū aūt phm̄ hr̄e. q. pro ꝑ̄n°. ꝙ q̄cq̄d incipit vel desinit de necessitate ē tpale. oē aūt tpale clauditur tpe: sicut eē locale claudiꝰ loco. Si ergo tp̄s nō eēt eternum ⁊ ꝑpetuū: sed vel incepisset vel desineret tp̄s esse: tpale claudereꝰ tpe: qd̄ est incōueniēs: q2 si claudereꝰ tpe esset tēpus anq̄3 inciperet tp̄s: vel eēt tp̄s postq̄3 desineret eē tēp9: hec aūt rō ⁊ alie rōnes facte in hoc lib. ad probanduz ꝑpetuitatē generationis: quātā vim hn̄t in sequentibus apparebit. Nōndū ¶ Notandū ēt ꝙ dicit tp̄s esse numerum motus: tp̄s enim q̄ntum est de se numerus est: est. n. numerus numeratus: ipsa eni ꝑ̄us ⁊ posterius in motu vt sunt numerata ab aīa cōplēt rōnē tpis. Est ḡ tp̄s q̄d cōtinuū nō de se: s3 rōne motus in quo fundaꝰ: sicut. x. palmi in ligno q̄d ꝯtinuum dr̄. Na3 l3. x. palmi hēant rōnē numeri: ⁊ dicant q̄ntitatē discretā: rōne tn̄ ligni cōtinui in quo fundanꝰ tales. x. palmi quid continuū esse pōt. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.62. ¶ Continu9 aūt motus vtrū: q2 quod mouetur continuuz est. aut in quo mouetur velut locum: dico autem passiones.

¶ Inq̄rit vn̄ motus h3 cōtinuitatē: ⁊ duo facit: q2 ꝑ̄ ꝑ̄mittit q̄ōnem. 2° declarat veritatē quesiti: ibi. (Manifestum vtiq3.) Dicit ergo. inquirendū eē hic vtrū motus sit cōtinuus q2 est cōtinuū id qd̄ moueꝰ. i. mobile: aut ē cōtinuus: q2 diximus esse cōtinuū illud in quo moueꝰ: puta locū aut passionē. Nōndū ¶ Notandū aūt ꝙ motū esse in aliquo potest intelligi duplꝛ. vel sicut in subō: ⁊ sic est in eo qd̄ moueꝰ siue in mobili: vel potest motus dici esse in aliquo tanq̄3 in genere: vel tāq̄3 in spē: ⁊ sic motus est in rebus ad q̄s est motus: vt motus ad passionē vel ad qualitatē est in genere qualitatis: motus ergo est in illa re q̄ ꝑ motū acq̄ritur inquātuz ꝑ ea reponiꝰ in gn̄e vel in spē: vt motus ad q̄litatē ē in q̄litate: q2 est in gn̄e q̄litatis: est ḡ rōnabilis qō: cū mot9 dicaꝰ eē in subō ⁊ ī termīo: vtrū hēat cōtinuitatē a subō vt a mobili: vel a termīo vt a loco si mot9 ille terminaꝰ ad locū: vel a passione si terminaꝰ ad passionē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestum vtiq3 quia eo quidem ꝙ id quod mouetur: quomodo enim passio continua est: nisi quia res cui accidit cōtinua est: si autem ⁊ hoc eo ꝙ in quo solo loco existit: magnitudinez enim aliquā habet: hui9 aūt ꝙ circulo solum continuum: quocirca idem sibi ipsi semper continuū: hoc igitur est qd̄ facit continuum motuz ꝙ in circuitu corp9 fertur: motus autem tempus.

¶ Declarat veritatem quesiti: dicens. manifestum esse motum eo q̄dez esse cōtinuū: q2 id qd̄ moueꝰ supple est continuuz. a passione. n. cōtinuitatez hr̄e non pōt: q2 q̄uō passio est cōtinua: nisi q2 res cui accidit passio cōtinua est. Op3 ergo a continuitate subiecti esse talē cōtinuitatem: s3 si hec. i.

si cõtinuitas eo q̄ existit i solo loco quo est mot⁹: q̄ꝛ loc⁹
aliquã magnitudinẽ h̄ꝫ: ꝓp hoc supple non possumus vl̄r
ponere motũ esse cõtinuũ rõne loci: q̄ꝛ solũ dicimus eẽ con
tinuũ motũ huius corpis q̄d mouet̄ in circulo. Cuꝫ ḡ tale
corpus nõ sit in loco motui maxime continuo nõ possum⁹
dare cõtinuitatẽ a loco: quocirca idẽ mobile q̄d sibi ipsi. i.
ſm seipsuꝫ est sp̄ cõtinuũ dat cõtinuitatẽ motui: hoc igitur
corp⁹ q̄d fert̄ in circuitu facit motũ ↄtinuũ: mot⁹ autẽ facit
cõtinuũ tp̄s: ita q̄ tp̄s h̄ꝫ cõtinuitatẽ a motũ: motus autẽ
Nõndũ a mobili. ¶ Notandũ ergo q̄ mot⁹ vl̄r h̄ꝫ cõtinuitateꝫ a
mobili: non a termino: q̄ꝛ si deberet h̄re cõtinuitateꝫ a ter-
mino: maxime videret̄ h̄re cõtinuitatẽ a loco. Cũ ḡ primũ
corpus nõ moueat̄ in loco nec a loco: ſꝫ circa aliq̄d: q̄ꝛ mo
tus talis corpis est maxime cõtinuus: pꝫ q̄ vl̄r motus non
habet continuitatem a loco cum locus maxime continu⁹
motus ab eo continuitatem habere non possit.

T.c. 63. Uoniam autem in cõtinue motis
ſm generationẽ: aut alterationem
aut vl̄r trãsmutationẽ h̄mõi. vide-
mus demum ens ⁊ generatũ hoc
post hoc: vt non deficiat: videnduꝫ est vtruꝫ
aliquid quod erit ex necessitate aut nihil: sed
omnia contingit non fieri.

¶ Post q̄ꝫ ph̄s ꝓbauit ꝑpetuitatẽ gñatiõis ⁊ assignauit cãꝫ
hui⁹ ꝑpetuitatis. In pte ista ondit qualis sit ꝑpetuitas pro
bans hãc ꝑpetuitatẽ esse ſm circuluꝫ non ſm rectũ: ⁊ duo
facit: q̄ꝛ prio ondit h̄mõi necessitatẽ esse circularẽ. 2° redu-
T.c. 69. cit h̄mõi ꝑpetuitatẽ ⁊ necessitatẽ i celestẽ motũ. 2ª ibi. (Hoc
vtiq̄ꝫ quidẽ.) Circa p̄ᵐ duo facit: q̄ꝛ p̊ ostẽdit gñationẽ esse
T.c. 69. necessariã in circuitu. 2° manifestat q̄ nõ est necessaria ſm
Nõndũ rectũ: ibi. (Siq̄deꝫ igit̄ in infinitũ.) ¶ Ad euidẽtiã autem
p̄me ptis notandũ q̄ gñatio iõ est circularis: q̄ꝛ eadẽ mã
q̄ prius fuit sub forma aeris iterũ reuertit̄ ⁊ fit postea sub
forma aeris: ⁊ mã q̄ fuit sub forma nubis vel pluuie iterũ
reuertitur ⁊ efficit̄ sub forma pluuie vel nubis. Et quod di
ctum est de elis: vt de aere vel aqua: ⁊ de nube vel pluuia
intelligenduꝫ est etiã de aĩalibus: ⁊ de aliĳs que gñant̄ nãl̄r
Mã. n. q̄ fuit sub forma muris vel sub forma leonis circu
lariter reuertitur ⁊ efficitur sub forma muris vel leonis.
Opꝫ. n. sic dicere sequẽdo põnẽ ph̄i. Si. n. mundus fuit ab
eterno p̄cesserunt infiniti mures ⁊ infiniti leones: ⁊ fuerũt
infinite generationes aeris ⁊ nubis ⁊ pluuie: ⁊ cetera talia
infinita: ⁊ sicut infinita p̄cesserũt de quolibꝫ talium ſm tp̄s
p̄teritũ: ita infinita erũt ſm futurũ. Cũ ergo mã sit finita ⁊
ex mã finita nõ p̄nt gñari infinita nisi ſm circulũ: opꝫ ean-
dem mãm infinities reiterari sub eadeꝫ forma. Si. n. tota
mã corpalis esset sub forma muris nõ sufficeret ad gñatio
nem tot muriũ quot fuerũt: imo q̄ꝛ q̄dlꝫ finitũ quãtũcũq̄ꝫ
maxie q̄ꝫtitatis cõtineret̄ in ĩfinito infinities: oꝫ eãdẽ mãm
ĩfinities reiterari sub eadẽ forma muriũ: si d̄bẽt ex materia
finita gñari infiniti mures. Et q̄d dictũ est de gñatiõe mu-
Nõndũ ris intelligendũ est de oĩb⁹ aliĳs nãl̄r generatis. ¶ Notan-
duꝫ ẽt q̄ lꝫ de oĩb⁹ talibus nãl̄r gñatis veritateꝫ habeat: q̄ꝛ
oꝫ mãm circulariter reuerti sub eadẽ forma. Ista tñ reuer-
sio in aliquibus est imediate vel quasi imediate: in aliqui-
bus v̊o p multa meª. Naꝫ si ex aere fit aq̄ statim ⁊ imedia-
te ex aq̄ põt fieri aer: ſꝫ si ex mure viuo gñatur mus mor-
tuus nõ statim ex mure mortuo fit viuus mus: ⁊ maxime
loquendo d̄ muribus per ꝓpagationẽ ⁊ p coitũ gñatis: q̄ꝛ
in talibus mortuũ nõ redit viuũ nisi p multa media: vt h̄ꝫ
T.c. 14 declarari. 8. metha. Utrũ aũt i gñatis p putrefactionẽ pos
sit esse imediata cõuersio nõ est p̄ntis speculationis: sufficit
autẽ ad p̄ns scire q̄ in oĩbus generatis nãliter est q̄daꝫ cir-
latio: ⁊ mã de necessitate reuertitur sub eadem forma: sed

h̄mõi circulatio in aliq̄bus est imediata: in aliq̄bus p mul- Nõndũ
ta media: in aliq̄bus v̊o per pauca. ¶ Notandũ q̄ q̄ꝛ gñã
tio h̄ꝫ ꝑpetuitatẽ ſm circulũ: iõ nõ oĩum gñatio p oẽꝫ mo
duꝫ est ↄtigẽs: ſꝫ aliquo mõ ẽ necessaria. Nã si mã que fuit
sub forma muris de necessitate iterũ erit sub forma muris
possumus arguere q̄ mus de necessitate gñabitur. In his
ergo que sunt a proposito: sp̄ est gñatio ↄtigẽs: ſꝫ in his q̄
sunt a nã gñatio est necessaria: ⁊ si nõ ẽ necessaria ſꝫ idiui-
duũ: est tñ necessaria ſm sp̄ẽm: q̄ꝛ si nõ d̄ necessitate gñabi
tur h̄ leo vel hic aer: q̄ꝛ forte talis gñatio posset impediri.
¶ De necessitate tñ gñabit̄ leo ⁊ aer: q̄ꝛ vl̄r gñatio leonis
vel aeris vel alteri⁹ rei nãlis ĩpediri nõ põt. Idem est ḡ q̄rere
vtrũ gñatio ꝑpetuet̄ circulariter: ⁊ vtrũ gñatio aliquoruꝫ
sit necessaria: q̄ꝛ si ꝑpetuabit̄ gñatio ſm circulũ d̄ necessita
te gñabunt̄ h̄mõi reꝝ gña: q̄ꝛ mã que fuit sub forma vni⁹
iteꝝ erit sub forma eiusdẽ: vt gñatio circulariter ꝑpetuari
possit. Ph̄s ḡ volẽs q̄rere vtrũ gñatio ꝑpetuet̄ circulari-
ter: querit hãc q̄õnẽ sub hac forma: vtrũ gñatio aliquorũ
sit necessaria: vt si mõ corruptus est aer: vtrũ dicere possu-
mus q̄ de necessitate gñabit̄ aer. Circa hoc autẽ duo facit
q̄ꝛ p̊ p̄mittit q̄õnẽ. 2° soluit: ibi. (Qm̄. n. q̄dẽ.) Dic̄ ḡ q̄ i cõ T.c. 64.
tinue motis ſm gñationẽ aut alterationẽ: aut vl̄r ſm trã-
mutationẽ alicui⁹. Uidemus demũ vel deĩceps: vt h̄ꝫ alia
l̄ra: q̄d est aliq̄d ens ⁊ gñatũ hoc post hoc vt nõ deficiat ge
neratio: ⁊ q̄ꝛ gñatio ꝑpetuat̄ videndum est: vtrũ aliq̄d q̄d
erit ex necessitate generabit̄ aut nõ: sed oĩa contingit non
fieri ⁊ generantur contingẽter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄. n. q̄deꝫ quedã manifestuꝫ ⁊ mox erũt T.c. 64.
⁊ futuꝝ aliud: ꝓp hoc q̄ verum est dicere: q̄ꝛ
erit opꝫ hoc esse: q̄ñq̄ꝫ verũ q̄ꝛ est hoc: q̄ aũt
nũc veꝝ dicere: q̄ꝛ futurũ est: nihil ꝓhibꝫ nõ
fieri: futurus eniꝫ incidere quis nõ incedet.

¶ Soluit: ⁊ duo facit: q̄ꝛ p̊ facit q̄d dictũ est. 2° manifestat
q̄d dixerat: ibi. (Ul̄r aũt cõtigit.) Dicit ergo. manĩᵐ esse qm̄ T.c. 65.
mox cũ q̄daꝫ erunt ꝓp hoc. i. ꝓp esse illoꝝ erit aliud futu-
rũ: q̄ pro q̄ꝛ verũ est dicere: q̄ꝛ hoc erit oꝫ hoc esse: qm̄ verũ
q̄ꝛ hoc. i. h̄mõi sunt gñata circulariter ⁊ vl̄r: vt si erit plu-
uia veꝝ erit dicere q̄ ẽ vapor: ⁊ si erit vapor q̄ erit nubes:
⁊ si erit nubes q̄ erit pluuia: q̄re si erit pluuia erit pluuia.
In talibus ḡ q̄ sunt futura nõ vl̄r ĩpediri p̄nt: sed i his que
sunt a ꝓposito futura non sunt necessaria. In talib⁹. n. q̄
nũc veꝝ est dicere: q̄ꝛ futurũ est nihil ꝓhibet nõ fieri: quia
futurus quis incedere non incedet. Incessus. n. ⁊ iter nr̄m
ex libero ar. ꝓcedunt: iõ cũ disponim⁹ incedere ⁊ est futur⁹
incessus põt ĩpediri tale iter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uniuersaliter qm̄ cõtingit q̄dã entiũ ⁊ nõ T.c. 65.
esse manifestũ: qm̄ ⁊ que generãtur ita habe
bunt ⁊ nõ ex necessitate hec erũt: vtruꝫ igit̄
omnia talia: aut nõ. Sed quedã necesse sim-
pliciter fieri. Et est queadmodũ in esse: hoc T.c. 66.
impossibile non esse: hoc auteꝫ possibile: ita
⁊ circa generationem.

¶ Manifestat q̄d dixerat: ⁊ duo facit: q̄ꝛ p̊ manifestat id cõ
parando generationẽ ad eẽ. 2° q̄d dixerat exponit i termĩs.
2ª ibi. (Uerbi grã cõuersiões igit̄.) Dicit ḡ. q̄ vl̄r supple vr̄
esse sil̄r circa esse ⁊ circa gñationẽ: vt qm̄ ↄtingit q̄dã ẽtiuꝫ
non ex necessitate esse: ⁊ q̄ꝛ que generantur ita se habebũt
non ex necessitate erit hoc. i. gñatio taliũ. Sꝫ vtrũ sũt oĩa
talia q̄ gñatio eoꝝ sit ↄtingẽs aut nõ oĩuꝫ gñatio ẽ ↄtin-
gẽs: ſꝫ quedã simpl̄r necesse est fieri. Dicere possumus q̄ ẽ
in generatione queadmodum ⁊ in esse: quia sicut h̄ entia
sunt impossibilia non esse. i. sunt necessaria: hec autem sunt

possibilia.i.contingentia. Jta ⁊ circa generationē se hꝫ: qꝛ
Nõndū quedā generatio ē necessaria: q̄dā vͦ ꝯtingēs. ❡ Notādū
aūt ꝙ esse est terminus gñationis: iō vr̄ esse iudicandū de
gñatione sicut de esse: si ḡ aliquoꝝ esse est necessarium: ali
quoꝝ vͦ est contingēs: generatio aliquoꝝ est necessaria:
aliquoꝝ vero contingens. ❡ Deinde cum dicit.

T.c.66. T.c.67 ❡ Verbi gratia ꝯuersiones igitur necesse fie
ri ⁊ nō possibile nō contingere. ❡ Si igitur
qđ prius necesse ē fieri si quod posteri⁹ erit:
verbigratia si dom⁹ fundamētū. si vero hoc.
lutū prius. ergo si fundamētū factuꝫ est: ne
cesse ⁊ domū fieri: aut non esse adhuc: si aūt
⁊ id necesse generari simpliciter: si aūt ⁊ hoc
posito necesse generari domū. si eniꝫ fuit qđ
prius habēs se ad posterius: q̄re si illud erit
necesse illud prius generari. Si igiꝉ necesse
generari ⁊ qđ postea: ⁊ qđ prius necesse: ⁊ si
prius: ⁊ qđ posterius igiꝉ est necesse: sꝫ hoc
non est ꝓꝑ istud: sed q̄m subiectū est ex neces
sitate futurū. Jn quibus igitur ꝙ postea ne
cesse est esse in his conuertitur: ⁊ semꝑ priori
generato necesse generari quod postea.

❡ Exponit qđ dixerat i terminis dicēs: ꝙ cōuersiōes neces
se est fieri: ⁊ nō poꝭe est nō contingere: ⁊ qꝛ generata nālīter
generantur ſm cōuersionē: vt ex aqua fit aer ⁊ ecōuerso. ⁊
ex nube pluuia. ⁊ eͦ. iō gñatio ē necessaria: sꝫ si nō fit ibi cō
uersio: vt se hꝫ in his q̄ gñanꝉ a ꝓposito: gñatio nō erit ne
cessaria simpliciter: sꝫ ex suppōne. Jn talib⁹.n. si qđ posteri⁹
erit: necesse est fieri qđ prius: si nō ecōuerso. Verbi gr̄a do
mus ⁊ fūdamētū ⁊ talia artificialia hn̄t p̄dictū ordinē: qꝛ
si dom⁹ est fundamētū fuit ꝑus. si vͦ est hoc. s. fūdamētū
lutū ⁊ cemētū fuit prius: sꝫ si fundamētū factū est nūq̄d ne
cesse est domū fieri: aut nō necesse ē eē adhuc: qꝛ si ex fun
damēto nō possumus simplr̄ inferre domū. sꝫ ex suppōne
poterit esse talis illatio: vt si supponaꝉ gñationē dom⁹ esse
necessariā simplr̄. Jō subdit ꝙ si hoc.i. si domus sit necesse
generari domū. Naꝫ ꝙ prius sic fuit se hn̄s ad posteri⁹ ꝙ
si est illud.i. si est posterius necesse est gñari illud qđ ē ꝑus:
⁊ qꝛ posterius insunt ꝑus ex necessitate. ꝑus aūt insunt po
sterius ea suppōne. Jō cōcludit ꝙ si necesse ē gñari qđ po
stea necesse est gñari qđ ꝑus ⁊ ecōuerso: si necesse est gñari
qđ ꝑus ⁊ qđ posteri⁹: sꝫ hoc posterius nō est ꝓꝑ illud.i. ꝓꝑ
hoc ꝙ ponit est prius esse. si talis illatio. vꝫ. ex suppōne. vꝫ.
si sub̄m posterius sit de necessitate futuꝝ: nō.n. qꝛ fūdamē
tuꝫ est iō dom⁹ erit. ❡ Sꝫ si supponaꝉ domū esse de neces
sitate futura: ex tali suppōne possumus arguere si est fūda
mentū ꝙ erit domus: igitur in q̄bus ꝙ est postea necesse ē
esse ⁊ eundē ordinē hꝫ prius: ad posterius ꝙ posterius ad
prius in his cōuertitur gñatio: ⁊ semꝑ ꝑori gñato: necesse
est generari ꝙ postea: sicut posteriori gñato: necesse fuit ge
nerari ꝙ prius: ⁊ qꝛ hūc ordinē aspicimus in gñatōe nāliū
ideo taliuꝫ generatio est necessaria ſm circulum.

Dubitaret forte aliq̄s: qꝛ vr̄ esse circulū in his que
sunt a ꝓposito: sicut in nālibus. Nam
si mundus nec cepit nec desinet: sicut fuerūt ifinite pluuie
in tꝑe preterito ⁊ erūt infinite in futuro: sic fuerunt infinite
domus in tꝑe preterito ⁊ erunt infinite in tēpore futuro: ⁊
qꝛ ad gñationē infinitoꝝ nō sufficit mā̄ finita nisi ſꝫ circu
lum de necessitate: materia que est forma dom⁹ infinities
fuit sub forma domus ⁊ infinities erit sub forma dom⁹: qꝛ
non eēt nisi in talibus eēt circulatio ⁊ nisi gñatio dom⁹ essꝫ
necessaria. ❡ Ad hoc aūt dici pōt ꝙ inter ꝑus ⁊ posterius R°
est ordo necessarius ſm rectū: vt qꝛ si est qđ posterius d̄ ne
cessitate fuit qđ prius: sꝫ nō est ibi cōuersio in circulū abso
lute loquendo: qꝛ lꝫ posterius inferat ꝑus. prius tñ non ab
solute infert posterius hꝫ.n. posterius ſm se necessariuꝫ or
dinē ad prius: sed nō ecōuerso. Jō si posito priori possum⁹
inferre posterius: hoc non est rōne qua prius: sed necessitas
cōuersionis in talibus est ex sua cā: vt si cā sit necessaria ſꝫ
circulum ⁊ cāta erunt necessaria ſm dictū modū. Natura
lia ergo habebunt necessitateꝫ circularē: qꝛ reducunꝉ i mo
tum celi qui est necessarius ⁊ circularis: artificialia vero ta
lem necessitatē habere nō pn̄t. Et qđ dr̄ de infinitis domi
bus dici dꝫ ꝙ accidit ꝙ mā̄ que est sub forma dom⁹ iteruꝫ
redeat sub forma domus. Sed ꝙ mā̄ que fuit sub el̄is fri
gidis: ꝙ iterū redeat ⁊ fiat sub forma taliū el̄oꝝ non est ꝑ
accidēs: sꝫ per se. Naꝫ ꝙ el̄a frigida ⁊ calida in aliq̄ ꝑte or
bis victoriaꝫ habeāt hoc est ꝓꝑ aspectū signoꝝ frigidoꝝ
vel caloꝝ: ⁊ qꝛ celū circulariter vertiꝉ ⁊ signa frigida hn̄t
aspectū vbi prius habebāt calida ⁊ ecōuerso. iō per se est ꝙ
redeuntibus talibus signis materia que fuit sub el̄is frigi
dis fiat sub cal̄is ⁊ ecōuerso. Si.n. dñantibus signis cal̄is
nō essꝫ gñatio caloꝝ hoc essꝫ ꝑ accñs: ⁊ qꝛ nullū ꝑ accñs ē
semꝑ ⁊ ꝑpetuū: ipoꝭe est redeūtib⁹ signis calidis ꝙ nō fiat
gñatio caloꝝ. Jō in talibus vꝫ cōuersio: vt si sit mā̄ prius
sub el̄is cal̄is arguere possum⁹ ꝙ postea erit sub frigidis ⁊
ecōuerso. Jmmo si hec gñatio ipediaꝉ ꝓꝑ impedimētū ali
quod: vt ꝓꝑ indispōnem mā̄e: reduciꝉ in motū celi aliquo
mō in huius ipedimēto est aliq̄ circulatio: ita ꝙ illa nālia
Nõndū necessitatē quādā vn̄r hr̄e circularē. ❡ Notanduꝫ ergo ꝙ
hec artificialia pn̄t impediri in sua cā per se: qꝛ potest aliq̄s
desistere a ꝓposito ne faciat qđ ꝓposuit: sed nālia nō redu
cunꝉ in motuꝫ celi: qꝛ talis motus est necessarius ꝑ se ſꝫ ꝙ
hmōi cām ipedire nō pōt. Reducunꝉ.n. naturalia i motuꝫ
celi per se: artificialia vͦ reducunꝉ in ipsuꝫ quodāmodo ꝑ
accñs. Jntellectus.n. cū nō sit corpus nec inter corpa per
se nō depēdet a motu celi. reducunꝉ tñ artificialia aliquo
mō in motū celi: qꝛ artifices obseruant talem motū vt me
lius cōsequanꝉ intentū: vt aratores arant terrā deplutam:
qꝛ facilius scindiꝉ: ⁊ fabri lignarij nō quolꝫ tꝑe abscindūt
ligna: qꝛ ligna abscisa vno tꝑe sunt magis putrefactibilia
q̄ꝫ alio. Ex quo pꝫ ꝙ in nālibus est circulus per se: in artifi
Nõndū cialibus vͦ pōt esse circulus ꝑ accñs. ❡ Notandū ēt ꝙ in
recto pōt dari prius ⁊ posterius precise: sed in circulo quili
bet punctus eq̄li mō est finis ⁊ ꝑnᵐ: ⁊ qꝛ nālia hn̄t necessita
tem circularē: qđlibet pōt dici prius ⁊ posterius. Non.n. se
hꝫ nubes ad pluuiā sicut fundamētū ad domū: fundamē
tum.n. respectu domus solū hꝫ rōnē prioris. domus vero
posterioris. Sꝫ pluuia est prior ⁊ posterior nube ⁊ ecōuer
so. nubes.n. ordinanꝉ ad pluuiā ⁊ eͦ. nube.n. facta fit plu
uia: ⁊ pluuia facta vapor. quo facto gñatur nubes: ⁊ quia
posterior infert prius: ⁊ ꝑus inferꝉ ab ipso. Jō in talib⁹ qđ
libet infert ⁊ inferꝉ: cū qđlibet sit prius ⁊ posterius: vt si nu
bes est fuit pluuia ⁊ erit pluuia. ⁊ si. est pluuia fuit nubes:
talia ergo: qꝛ pari mō vn̄r esse priora ⁊ posteriora pari mō
se videntur inferre fundamētum vͦ ⁊ domus nō sic sim
pliciter se inferunt: sed ex suppositione vt dictum est.


Jquidē enim in ifinitū tendit ⁊ ad T.c.68.
inferi⁹: nō erit necesse eoꝝ que po
stea. hec generari simplr̄. sed neq̄ꝫ
ex suppositiōe. semper eniꝫ alterū
anterius necesse esse: iō ⁊ necesse illud gene
rari. quocirca si nō ē principiū infiniti. neqꝫ
ꝑmū erit nihil: ꝓꝑ qđ necesse erit generari.
❡ Postq̄ꝫ pħs ofidit gñationē esse necessariā ſm circuluꝫ.

¶ In pte ista pbat hõ gnõnẽ nõ esse neciã ꝭm rectũ: ꝛ duo
facit: qꝛ p̄ facit qõ dictũ est. 2° recolligit que dixerat vt ↄcon
cludat intentũ. ibi. (Necesse. n. aut finẽ hẽre.) Circa p̄mũ
duo facit: qꝛ p̄ ostẽdit gnõnem nõ esse neciã ꝭm rectuꝫ. si
ponaꝛ pcedere in infinitũ. 2° ostẽdit hoc si dicaꝛ hõ proces
sum hẽre finẽ. ibi. (At vo neqꝫ in fineꝫ hñtib.) Dicit ḡ ꝙ
siqdẽ igiꝛ gnõ tendit in ĩfinitũ ꝛ ad inferius nõ est nec̃e ge
nerari simplr̃ hec de numero eoꝝ que sunt postea: ꝛ nõ so
lum posito pcessu gnõnis in ĩfinitũ nõ est neciũ gñari ali
quid simplr̃: sed ẽt ex suppõne supple nõ poterit ↄcludi ge
neratiõnẽ eẽ neciam. Nã siue sit gnõ necia simplr̃ siue ex
suppõne: semp̄ nec̃e est eẽ aliqd anterius ꝛ p̄us: ꝛ iõ eo exi
stente nec̃e est gñari id qõ est posteri⁹. Quocirca si infiniti
nõ est p̄n^m: nec p̄^m erit ibidẽ: ppter qõ nihil nec̃e erit gñari.
Est ergo vis rõnis: ꝙ qꝛ nunq̄ꝫ gnõ est necia: nec simplici
ter: nec ex suppõne: nisi sit ibi dare prius ꝛ posterius in infi
nito qõ caret p̄n° ꝛ fine non est ibi dare prius ꝛ posterius:
ppter qõ supposita infinitate ꝭm rectũ nihil de necessita
Nõndũ te gñabiꝛ. ¶ Nõn^m aũt ꝙ pcessus gnõnis in ĩfinituꝫ ꝭm
supius accipiꝛ respectu gñatoꝝ: ꝛ qꝛ phs ĩtẽdit ꝙ si sit ĩfi
nitas in gnõne ꝭm rectũ ꝙ nihil de necitate gñabiꝛ. Ideo
spãlẽ mẽtionẽ facit de pcessu ad ĩferi⁹ q accipitur respectu
gñando in futuro: deĩde de pcessu ad supius q accipitur
respectu gñatoꝝ in p̄terito. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vo neqꝫ in finẽ hñtib⁹ hoc ẽ dicere ve
re: qm̃ necesse simplr̃ gñari. Uerbi gr̃a. do
mum qñ fundamẽtũ generatur. qñ eniꝫ ge
neratur si necesse generari semp̄ hoc accide
rit semper esse. cõtingens semp̄ nõ esse.

¶ Ostendit gñationẽ nõ esse neciam ꝭm rectũ si ponantur
hõ gñabilia esse finita. Circa qõ duo facit: qꝛ p̄ facit quod
dictum est. 2° declarat qõ supposuerat. ibi. (Si opꝫ semper
gñationem esse.) Dicit ergo ꝙ neqꝫ in finẽ hñtibus. i. neqꝫ
si ponãtur generabilia finita est vere dicere hoc. s. necesse ẽ
mio metaphysi. inter scientias humanas metaphysica de-
scribitur libera: quia ratione scientie ⁊ secundum se consi-
derare habet de substantia rerum non subiectarum mo-
tibus ⁊ transmutationibus ⁊ cognitionibus materie. Q3
si nos habentes metaphysicam non possum⁹ de dictis sub
stantijs separatis considerare secundum substantiam nisi
ratione effectuum ⁊ per viam motus. hoc est quia imper-
fecte possidetur a nobis. Ideo in primo metaphysi. dicitur
ꝙ iuste metaphysica ponitur humana possessio: est eniz li
bera ab istis sensibilibus: vel potest considerare de rebus li
beris: ⁊ nō subiectis sensibus: quib⁹ sensibus humana co-
gnitio multipliciter ancillatur.

Ad p^m **Opposita** autem his soluere non est difficile. nam
cuz dicitur. naturalis philosophi est cō-
siderare de motoribus immobilibus cum consideret mo-
bilia eis appropriata. patet ꝙ nō arguit ratio ꝙ de eis cō-
siderari possit secundum substantiam: sed solum in eo ꝙ
Ad 2^m sunt motores appropriati dictis mo^{b9}. Quod vlterius ad
debatur ad naturalem pertinere considerare de dictis mo
toribus qui sunt maxime causa motus: de quo motu po-
tissime considerat naturalis. dici potest qd̓ bene arguitur
debere considerare naturalem de eis vt sunt causa motus
⁊ vt sunt motores: non tamen habetur ꝙ de eis considera
Ad 3^m ri possit secundum substantiā. ¶ Q3 vero addebatur. ter-
T.c.37. tio probatur in. 8. physico. ꝙ est deuenire ad motorez im-
mobilem. non arguitur ꝙ de illo motore consideret natu-
ralis nisi in eo ꝙ motor: non autem ꝙ consideret de eo in
eo ꝙ est ens ⁊ ſm subām: qd̓ spectat ad primum pbm.

¶ Mouet͂ hec qd̓. Textu cōmē. 15. Qō. XV.

SEcundo restat declarare vtrum cau
sa perpetuitatis generatio-
nis possit poni materiale principium: ⁊ vide-
tur ꝙ non. tota enim causa: q̄re philosophus
attribuit materie generationis perpetuitatē.
vt patet in littera. et hoc sumitur: quia generatio vnius ē
corruptio alterius: ⁊ econuerso. improbando ergo dictuz
T.c.17: philosophi hoc ordine incedemus: quia primo ostēdem⁹
ꝙ potest esse generatio accidentiuz sine corruptione. secū-
do probabitur ꝙ potest esse corruptio accidentiuz sine ge
neratione. tertio manifestabitur ꝙ si talia reperiuntur in
accidentibus ꝙ reperiri possunt in substantijs. poterit er-
go separari materia a formis substantialibus ⁊ accidenti
bus: ⁊ quia sic separata non poterunt sic subsistere cedet
p^m in nihil ⁊ generationem continuare nō poterit. ¶ Primū
videlicet esse generationem vnius accidētis sine corruptio
ne alterius sic ostenditur: quia si diuidatur corpus termi-
natuz in medio eius apparebit color ⁊ tamen ibi non erat
aliquis color: cum color absq3 superficie esse non pos-
sit: ⁊ cum in medio corporis ante sui diuisionem nulla sit
superficies in actu. ergo per diuisionem corporis termina
ti: vt si diuidatur lapis vel argentuz generabitur ibi color
2^m absq3 corruptione coloris. ¶ Q3 autem possit esse corrup
tio accidentis absq3 generatione alterius sic ostenditur.
Nam mixta habent aliquas qualitates: cuiusmodi sunt
color ⁊ sapor: quibus carere videntur miscibilia ⁊ elemen
ta. si ergo resoluatur elementatum in sua elementa erit
corruptio coloris absq3 generatione alterius coloris: ⁊ cor
ruptio vnius saporis absq3 generatiōe alterius. ¶ Q3 au-
3^m tē sic dēat esse in substantijs: vt ꝙ possit esse corruptio vni⁹
substātie absq3 generatione alterius: vt in tertio propone-
batur sic ostenditur. ostensum enī fuit supra agens sic assi-
milare sibi passum vt attingit ipsum: ⁊ quia immediatius
attingit ipsum per formam accidentalem q̄3 per substan-
tialem per prius transmutat ipsum in accidentalibus q̄3
in substantialibus. si ergo non fit transmutatio ad substā-
tiam nisi preuia alteratione: ⁊ mediante transmutatione
accidentali. si potest esse corruptio accidentis sine genera-
tione: ⁊ econuerso: esse poterit corruptio substantie absq3
generatione: ⁊ econuerso. poterit ergo expoliari materia
ab omni forma: tam accidentali q̄3 substātiali absq3 eo ꝙ
induat͂ aliq̄ forma. ⁊ q2 sic separata non poterit subsister̄
vt cōcludebat͂: ⁊ bene: gn̄ationem cōtinuare non poterit.

Notandum ergo quosdam assignasse duas ra-
tiones. quare materia generatiōez
perpetuat. prima talis est. materia de se est in potentia ad p^a ratio
omnes formas: ⁊ essentiale est materie esse in potētia: ma-
teria ergo semper est in potentia ad formas: ⁊ semper de ea
poterunt educi forme: ⁊ per eductionem formarum conti
nuatur generatio: materia ergo quantum est de se semper
est continuatiua generationis. ¶ Secunda ratio talis est 2^a ratio
materia de se est igenerabilis ⁊ incorruptibilis. si enim ma
teria esset generabilis: haberet materiam de qua fieret: ⁊ si
esset corruptibilis haberet materiam in quam cederet. eēt
ergo materie materia: ⁊ ratio materie iret in infinitum: qd̓
est inconueniens: sed si materia esse ingenerabilis ⁊ incor-
ruptibilis: quia nunquam deficit: poterit continuare gene
rationem ⁊ corruptionem. ¶ He autem rationes vel non 3 rōnes
sufficiunt vel petunt quod est incontrariū: arguentes ma
gis oppositum q̄3 propositum. Naz cum dicitur: essentia-
le esse materie: esse in potentia ad formaz ⁊ ad actum: ⁊ nō
competere ei aliquem actum. si vim rationis attendimus:
quia quodlibet vt videtur separari potest ab eo ꝙ non est
de ratione eius: videtur argui materiam separari posse ab
omni actu: ⁊ quia sic separata non potest subsistere vide-
tur concludi ꝙ gn̄ationem perpetuare nō possit. ¶ Qd̓
vero addebatur secundo ꝙ materia est ingenerabilis ⁊ in
corruptibilis: ratio seipsam impedit. Naz si poneretur ge-
nerabilis ⁊ corruptibilis: nihilominus perpetuationez cō-
tinuaret. Nam si materia generaretur haberet materiaz:
⁊ illa materia aliam materiam: ⁊ sic in infinituz nunquā
deficeret generatio: sic etiam si corrumperetur: corrumpe
retur: in materiam: ⁊ illa materia in aliam materiam: sic g̃
nunquam cessaret corruptio: friuola ē eniz ipsa ratio ⁊ se-
ipsam impedit: cuius dato opposito euidentius cōcludit͂
intentū. ¶ Respondēdum est g̃ ad viaz phi: ⁊ dōm ē ſm
viā nature: gn̄ationē perpetuari posse: q2 corruptio vni⁹ ē Rn̄sio
gn̄atio alterius: ⁊ ecōuerso: p̄dicte aūt rationes: si aliquid
bonitatis hn̄t: hoc est prout sunt reducibiles ad hanc viā.
si ergo ex parte mãe ostēdere poterimus non posse esse sine
gn̄atione corruptionē: nec ecōuerso: q2 propter hoc perpe-
tuari pōt gn̄atio: vt ōn̄sum erit ex pte materialis p̄ncipij
esse hāc possibilitatē perpetuitatis. Inquantum mã est p̄-
dictoꝝ cā. ¶ Q3 aūt mã sit causa nō esse corruptionem si- p^a via
ne generatione duplici via ostendi pōt. mã. n. duplr tendit
in formā. p̄mo per appetitū: q2 appetendo formā q̄ est pri- p
uata naturaliter tēdit in ipam. scōo per motum. q2 vt mo 2
tui ⁊ trāsmutationi subijcit͂ sic tendit in formā quā p mo-
tū ⁊ p trāsmutationē acq̄rit: vtroq3 aūt modo potest sumi
rō ex parte mãe: ꝙ nō sit corruptio absq3 gn̄atione. mã. n.
per se non pōt appetituz expoliari a forma sub qua existit
q2 priuatio ⁊ non ens non possunt habere rationem boni
⁊ appetibilis. si ergo appetit expoliari a forma sub q̄ exi-
stit hoc est per accidens: ⁊ ex consequenti: vt quia appetit
esse sub alia forma sub qua esse non potest nisi expolietur
ab ea sub qua est: ⁊ quia quod est ex ꝯ^{ti} sine eo quod sequi
tur esse non pōt: non erit corruptio absq3 generatione: nec
expoliabitur vna forma nisi induatur alia. ¶ Secunda 2^a via
via sumitur ex parte motus. nam sicut ex parte efficientis
arguebat͂: vt q2 motus: quē efficiens naturale efficit oz eē
quid determinatum ad genus: eo ꝙ ipsuz agens naturale

est determinati generis: ita ꝙ omne receptum in materia est quid particulare: ⁊ hoc aliquid oportet omne tale esse determinati generis: ex parte ergo materie arguere possumus motum quo transmutatur materia eo ipso ꝙ in materia recipitur esse determinati generis: ⁊ quia motus non terminatur ad genus nec ad speciez respectu forme a qua incipit: sed respectu forme ad quaz vadit. Cum motus sit in eodem genere: cuz rebus ad quas est motus. vt dicitur

T.c.4.

tertio physicorum: nunquam materia per motum aliquē expoliabitur ab vna forma nisi per motum illuz tendat in aliam formam. vtroqz ergo modo naturaliter loquendo: tam ex parte efficientis ꝙꝫ ex parte materie non potest aliquid tendere in nihil: ⁊ quia ex hoc sequitur continuatio generationis: materia ⁊ efficiens sunt causa continuationis generationis: non materia quelibet nec efficiens quilibet: quia non materia quelibet semper manet: nec efficiēs quodlz semper manet: sed materia prima ⁊ principia efficientia ⁊ corruptibilia sunt generationis ꝯtinuatiua. Naz si propter hoc continuatur generatio: quia corruptio vnius est generatio alterius. vt dictum est: illa materia erit generationis continuatiua: que manet eadem in omni generato ⁊ corrupto: hec autem non est materia disposita ⁊ proxima: sed prima ⁊ remota. vt superius dicebatur.

Opposita autem his non est difficile soluere. Ad quorum euidentiam notandum: ꝙ a qualitatibus secundis vt a qualitatibus que non insunt elementis: materia potest expoliari simpliciter: a qualitatibus vero primis ⁊ a formis substantialibus nunquaz expoliatur materia simpliciter. potest enim expoliari ab hac forma substātiali vel ab illa ⁊ a qualitate ista vel illa. Sed non ab omni tali simpliciter: ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ continuetur generatio. ¶ Rationes autem procedebant de qualitatibus secundis cum arguebant ꝙ poterat esse generatio coloris absqz corruptione ⁊ corruptio coloris ⁊ saporis absqz generatione. Color enim ⁊ sapor dicunt qualitates secundas non primas. Cum ergo arguebant rationes materiam separari ab omni forma tam accidentali ꝙꝫ substantiali: quia poterat separari a dictis qualitatibus supponebant falsum cum arguerent de qualitatibus secundis: mediantibus quibus non inducitur per se loquendo substantia vel forma. peccabant etiam nihilominus rationes per fallaciam accidentis: cum enim diuiditur corpus terminatum non generatur ibi color per se sed per accidens: per se enim ex tali diuisione efficiuntur diuerse partes corporis: ⁊ diuersis partibus corporis effectis ex consequenti fiunt ibi diuerse superficies: ⁊ quia superficies in corpore terminato non est sine colore: per accidēs est ibi generatio coloris. sic etiam cum mixta resoluuntur in elementa per se corrumpuntur qualitates mixtorum. vt habent repugnantiam ad qualitates elementoruz. per accidens vero corrumpuntur color ⁊ sapor ⁊ alie qualitates secunde sequentes ad qualitates illas.

¶ Mouetur hec qō. Textu cōmē. 16. Qō. XVI.



Tertio queritur vtrum ens in potentia sit illud ex quo fit generatio. oritur autem hec questio propter hoc. ¶ Nam semper generatio vnius est corruptio alterius: ⁊ e conuerso. vt ex aqua corrupta generatur ignis. In aqua ergo ex qua generatur ignis est tria considerare. actus. potentia. ⁊ priuatio. est enim aqua ex qua generatur ignis actu aqua: ⁊ est potentia ignis: ⁊ est priuata forma ignis. Cum ergo dicimus ignem generari ex aqua ꝙ est magis proprie ⁊ per se dictuz: vel ꝙ generetur ex aq̄ vt est quid in actu vel vt est quid in potentia: vel non est quid in priuatione existens: videtur autem illud ex quo fit aliquid: ⁊ secundum ꝙ huiusmodi esse ens in actu. Nā

pm
T.c.17.

semper generatio fit ex corruptis. Corruptio autem incipit ab esse ⁊ ab actu ⁊ terminatur ad non esse. ergo generatio secundum se videtur semper esse existens in actu. ¶ Amplius secunduz Commenta. 8. physicorum: si materia esset absoluta ab omni forma nō posset esse subiecta motui ⁊ transmutationi: sed qō non potest esse subiectuz motui ⁊ transmutationi: non potest esse generationis subiectum: cum generatio fiat per motum ⁊ transmutationez. ergo gñatio fit ex aliquo vt est in actu: nō vt est in poª.

2m
Cō. ꝯ. 4

Notandum igitur non esse intentionis nostre ad presens determinare vtrum in generatione fiat resolutio vsqz ad materiam primam. qa de hoc infra queretur. Rursum questio quesita non soluz habet locum in substantialibus: sed etiam in accidentalibus. Nam cum ex frigido fit calidum: id ex quo generatur calidum est actu frigidum ⁊ est potentia calidum: ⁊ est priuatum forma caloris. Cum ergo ex omnibus istis fiat calidum ex ente in actu: ex ente in potentia: ⁊ ex priuatione: etiam in tali generatione haberet locum quod queritur ex quo istorum trium esset generatio calidi. ¶ Dixerunt quidam generationem posse sumi dupliciter: secūdum se: ⁊ vt est mutatio quedam: vel vt includit motum. Dicunt ergo quod si accipiatur generatio secundum se: ⁊ vt est mutatio quedam: sic est ex ente in potentia: quia ens in potentia est generationis subiectum. si vero accipiatur vt includit motum sic est ex ente in actu: quia tale ens est subiectum motus. ¶ Sed istud non videtur sufficienter dictum. Nam siue accipiatur generatio vt est mutatio: siue vt includit motum: semper est ista per accidens quod aliquid generetur ex ente in actu: motus enim dupliciter potest accipi. vel secundum rationem generalem: ⁊ vt habet rationem accidentis: vel secundum rationem specialem vt est tale accidēs quod est motus ⁊ sic̄ dupliciter pōt accipi motus: sic subiectum motus duo in se continet: actum ⁊ potentiam: quod enim motui subijcitur actu est: qr si non esset aliquo modo in actu: sed esset potentia pura: vt patuit p Commen. motui ⁊ transmutationi non poterit esse subiectum: sic etiam quod motui subijcitur in potentia est: quia nihil mouetur nisi ad id quod est in potentia: motus ergo requirit subiectum aliquo modo in actu: ⁊ aliquo modo in potentia: sed quod requirit subiectum in actu competit ei secūdū quandā rationem generalem: quod autem requirit subiectum ens in potentia competit ei magis per se: ⁊ secūdum rationem specialē: ⁊ in eo ꝙ motus. Ideo motus dicitur esse actus entis in potentia. ratione qua est actus entis requirit subiectum ens in actu. ratione qua subditur in potentia oportet illi actui potentialitatem esse ammixtam. Licet ergo motus vtrunqz requirat: magis tamen quod subijcitur motui secundum ꝙ huiusmodi est in potentia ꝙꝫ in actu. Ideo motus non est actus entis in potētia: in eo quod entis: sed in eo quod in potentia: vt potest haberi ex tertio physicorum: ⁊ quia generatio non includit motum nisi vt per ipsum introducitur forma. Cum motus non inducat formam secundum rationem generalem: ⁊ in eo quod accidens: sed secundum rationem specialem: ⁊ in eo quod motus: cum secundum talem rationem etiam per se requirat ens in potentia: generatio etiam vt includit motum per se loquendo non debet duci ex ente in actu: sed ex ente in potentia: accidit eniz motui vt motus est ⁊ vt est inductiuus forme: ꝙ fundetur in ente in actu: subijcitur enim ens actu motui: sed non vt est in actu: sed vt est in potentia. Dicimus ergo generationem vt mutationem importat siue ipsam rem genitam nō esse ex ente in actu: nec ex priuatione: sed ex ente in potētia. Nam id ex quo est aliquid per se loquendo manet in eo quod est ex illo: licet enim aqua ex qua generatur ignis

Rñsio aliqrum

ꝯ illos

8. ph. 4.

T.c.6.

sit actū aq̄ ratiōe forme posse esse sub forma ignis: ⁊ sic non minus ratione priuationis forme ignis inseparabiliter annexe forme aque: tamen cum ex aqua fit ignis completa generatione non manet forma aque: per quā aqua erat quid in actu: nec manet priuatio forme ignis: p quā aqua dicebatur non ignis: sed manet materia: per quam erat potentia illud. accidit ergo igni fieri ex aqua: ⁊ ex ente in actu: ⁊ fieri ex igne ⁊ priuatione: cum talia non maneant: sed per se cōpetit fieri ex ente in potentia ⁊ ex materia que completa generatione manet sub forma ignis. Jō
T.c.66. philosophus in primo physicorum. vult ꝙ per se generatio non fiat ex ente. i. ex actu: nec ex ente. i. priuatiōe: sed ex ente in potentia. si vero generatio concludat motū adhuc non est per se ⁊ proprie dictum ꝙ fiat ex ente in actu. vt ōnsum est. vtrum autem fiat ex priuatione vt ꝙ priuatio sit per se principium fieri: licet sit principium rei facte per accidens non est presentis speculationis: sed pertinet ad librū physicorum: super quo si nos contingeret scribere ostenderemus priuationem esse aliquo modo principiū fieri ⁊ nō esse. oīno per accidens. vt quidam volunt.

Ad pᵐ. **Opposita** autem his non est difficile soluere. Nā cum dicitur ꝙ semper generatio est ex corruptis ⁊ ex ente i actu. dici potest ꝙ causa sine qua nō: non est causa per se sed per accidens: licet ergo non fiat generatio nisi ex ente in actu: non oportet hoc esse per se sed
Ad 2ᵐ. per accidens. ¶ Qd vero vlterius addebatur ꝙ si materia esset sepata ab omni actu non est subiecta motui ⁊ trāsmutationi. dici potest ꝙ vt patet per habita: licet subiectū motus sit in actu ⁊ in potentia: per se tamen subijcitur motui vt est in potentia non in actu. Cum motus vt dictū est sit actus entis in potentia. ſm ꝙ in potētia. deficit ergo ratio: quia considerat ꝙ est per accidens. deficit etiam quia quodammodo non est ad propositum: cum nos loq̄mur de generatione que est mutatio ⁊ non motus.

¶ Mouetur hec questio. Textu cōmē. 18.



Ropter quid autem hec quidem ⁊c. Hic declaranda sunt tria. primo enim videndum est. vtrum substantia suscipiat magis ⁊ minus. vt videtur auctor dicere in littera. Secundo dato substantijs nō competere magis ⁊ minus proprie sed large restabit declarare. vtrum in accidentibus inueniri possit magis ⁊ minꝰ proprie sumptum. Tertio videndum erit vtrum calidum ⁊ frigidum sint differentie substantiales ignis ⁊ terre. Cū habeat in littera terrā ⁊ ignem illis differentijs differre.



pᵐ. **Jrca** primum sic proceditur. videtur ꝙ substantijs nullo modo competat suscipere magis ⁊ minus forme autem suscipientes magis ⁊ minus intenduntur ⁊ remittuntur: sed intensione ⁊ remissione forme considerantur quidam motus. ex hoc enim forma intēditur ⁊ remittitur inquantum successiue tendit ad esse completum ⁊ incompletum: ⁊ quia successio non est sine motu vbicūq̄ talia reperiuntur ibi est inuenire veram rationē motus: sed cum in substantia non sit motus. vt probat. 5ᵒ
T.c.10. physicoꝝ. intensio ⁊ remissio in formis substantialibus reperiri nō poterit. ¶ Amplius ſm phm in predicamē. substantijs nō cōpetit suscipe magis ⁊ minus.

2ᵐ. **Notandum** ergo ꝙ magis ⁊ minus cōparationē importat: quotienscūq̄ aūt aliqua cōparantur adinuicem respectu alicuius vnius fit cōparatio. sicut ergo in substantijs reperitur vnitas. sic in eis comparatio esse potest: ⁊ q2 vna vnitas non reperitur nisi
T.c.24. 29 in specie specialissima. quecunq̄ sunt comparabilia ꝓprie adinuicem sunt alia ſm vnam formam specificam. Jdeo probatur. 7. physicoꝝ. non esse comparabilia nisi que sūt eiusdem speciei: sed licet proprie vnitas sit in specie specialissima: aliqua tamen vnitas est in formas generis: ⁊ i his que per analogiam dicuntur: ⁊ sicut est in talibus aliqualis vnitas: ita est in eis aliqualis comparatio: est ergo proprie comparatio ſm formam specificam: large tamen ⁊ ſꝫ genus ⁊ ſm analogiam comparatio sumi pōt. ¶ Hoc viso cum queritur vtrum in substantijs reperiatur magis ⁊ minus ꝓprie. Si accipiaꝛ comparatio ſm magis ⁊ minꝰ proprie ⁊ vt respicit eandem formam specificam non. si autem suscipiatur large comparatio: ſꝫ ꝙ habet esse in gñe: vel ēt in analogo sic. ¶ Duo ergo sunt declaranda. primo ꝙ in substantijs nō repitur magis ⁊ minus ꝓprie. scd̄o ꝙ repitur ħ in eis large. pmū sic ostenditur. Nam si ſm formā specificam repiretur in substantijs magis ⁊ minus: vel
pᵐ hoc esset ſm gradū essentie vel ſm gradus ipsius esse. ſm gradus essentie non. nā cū essentia pertineat ad diffinitionē: q2 diffinitio est sermo expressiuus quiditatis ⁊ essentie: per variationem cuiuslibet talis gradus variabitur diffinitio rei: ⁊ per cōsequens variabiꝛ natura ⁊ species eius. Jsti aūt sunt illi gradus de quibus loquēs phs. 8. metaphy. ait formas ⁊ diffinitiones esse sicut nūeros. Nā sicut quali- T.c.4.
bet vnitate addita vel remota variatur species numeri: ita quolibet tali gradu variato variatur species rei. ergo secūdū gradū essentie non potest esse cōparatio ſm magis ⁊ minus in eadē specie: cū variatio talium graduum semper inducat diuersitatē specificā. Si vero dicatur talem cōparationē attendi ſm gradū ipsius esse: non autē ſm gradus essentie: hoc stare etiā nō potest. Nā cū nos loquamur de formis substantialibus: ſm quas datur esse specificū: nō poterit esse variatio in tali esse nisi tollatur species ⁊ esse specificū: sed variata specie non vlterius est cōparatio proprie. ergo magis ⁊ minus loquēdo proprie vt respiciunt eandē formā specificā in substantijs reperiri non poterunt. ¶ Qd autē ſm formā generis ⁊ ſm analogiā quādā reperiantur magis ⁊ minus in substantijs: hoc non so- 2ᵐ.
lū non est inconueniens: sed ⁊ necessariū. Nam cum oīa sint essentialiter a pᵒio ente: quecūq̄ essentialiter differūt: ſm quandā essentialē analogiā habent ordinē ad pmū ens: sicut ergo nūeri: quia ab eadē procedūt vnitate: ordinate ab vnitate distant: ita ꝙ non sunt duo numeri diuersarū specierū equaliter ab vnitate distātes: ⁊ in quibus equales vnitates reperiantur: ita ꝙ omnia entia sunt ab vno ente deriuata ⁊ sunt quasi quidā numeri ⁊ quedam cōpositiones respectu primi entis: in quo reperitur pura simplicitas: oportet huiusmodi producta ſm quādā analogiā distare a pᵒio ente: ⁊ q2 vt ab eo distant: ⁊ vt ad ipm ordinantur sic reperitur in eis ratio entitatis. Entitas in rebus creatis vniuoce reperiri non poterit: sed analogice. Jmmo non erunt due species essentialiter differentes: i quibus equaliter reperiatur entitas. Cum species vt ostensū est: ⁊ inuitur a philosopho. 8. methaphisi. sicut sunt nume- T.c.10.
ri: in quibus ſꝫ diuersas species non reperiuntur equales dignitates. illa ergo species que magis distabit a pmo ente erit imperfectior ⁊ minus habebit de entitate: que vero magis appropinquabit enti pᵒio perfectior erit ⁊ plus de entitate habebit: est ergo substātia vna magis ens q̄ alia sed quod est perfectior ⁊ plus participat de entitate primi principij: ⁊ si i eodē genere reperitur hic ordo ⁊ ħ cōparatio secundū magis ⁊ minus non est dubiū ꝙ in analogo reperitur: cū vnitas analogie sit amplior vnitate generis ⁊ aliqua vniantur in analogo que in genere vniri non possunt: ħ autem in speciali sic declarantur. substantia enim est analogum ⁊ est genus: vt autē analogum predicatur de pncipijs sube vt de materia ⁊ forma. vt aūt est genus pdicaꝛ de ipsis cōpositis. Cum. n. dicimus mām esse subā ⁊ formā eē subā: suba q̄ dr̄ de vtraq̄ nō pōt esse suba q̄ est

genus: q̄a ea de quibus essentialiter predicatur genus sūt
in genere directe: mā autē ⁊ forma non sunt in genere per
se ⁊ ſm rectam lineā: sed per reductionē: ⁊ sicut principia.
vtrum autem sint principia in toto genere substātie vel nō:
non spectat ad propositum. sufficit autē ꝙ sint principia
subē sensibilis de q̄ intendimus perscrutari: ⁊ propter quā
est questio introducta. forma enim est magis ens ⁊ magis
subā q̄ꝫ materia: cū materia maxime distet a primo ente:
⁊ sit omnino quasi prope nihil. videtur enim esse media in
Cō.7. ter nihil ⁊ aliquid: vt innuit Cōmentator primo physico-
rum. ergo in subā vt est analogum reperitur magis ⁊ mi-
nus: ex quo forma plus de entitate participat q̄ꝫ materia: ⁊
sicut in subā vt est analogum magis ⁊ minus reperiṫ sic
in ea reperiuntur talia vt est genus: quod triplici via vena
ri possumus. p̄mo ex intentione nature. secundo ex victo-
pª via ria forme. 3° ex perfectione speciei. ex intentione nature ac-
cipitur magis ⁊ minus in substantijs ſm completum ⁊ in-
completum in viā generationis: ⁊ sic animal est magis sbā
⁊ magis ens q̄ꝫ embrio. q̄a intentio nature non finiṫ in em
brione: sed in animali nec est perfecta generatio cum per-
uenitur ad embrionem: sed cum peruenitur ad animal.
2ª via ¶ Magis vero ⁊ min⁹ victoria forme reperitur in elemē
tis. Nam tunc forma habet victoriam supra materiā cuꝫ
eā extendit ⁊ rarefacit. si ergo forma est magis ens q̄ꝫ ma
teria: formalia ⁊ rara sunt magis entia ⁊ magis substātia
q̄ꝫ materialia ⁊ entia: ⁊ isto modo ignis est magis substan
tia q̄ꝫ terra. ¶ Magis autem ex ꝑfectione spēi repiṫ in re-
bus mixtis in q̄bus vltimaṫ gn̄ationis motus. Nam ⁊ si
cum peruentū est ad asinū cessat generatio: ⁊ etiam cū per
ueniṫ ad leonem generatio cesset: tn̄ q̄a in leone perfectius
reseruaṫ ratio aīalis ⁊ dignitas specifica q̄ꝫ in asino: ⁊ in
animali ꝑfecto q̄ꝫ in imperfecto: aīalia perfecta sunt ma-
gis entia ⁊ magis subā q̄ꝫ imperfecta: ⁊ q̄ omnis substan
tia generabilis ⁊ corruptibilis: q̄a ꝓpter talia est questio
ītroducta: vel est elm̄tū vl̄ ē elm̄tatū: ⁊ si est elementatū vel
ad eā est intētio nature: ⁊ vltimaṫ in ea gn̄atio vt animal:
vel non vt embrio: ⁊ q̄ in omnibus istis ōn̄sum est q̄uo ac-
cipitur magis ⁊ minus: vt spectat ad propositum de q̄ōne
est sufficienter inquisitum. ¶ Aduertenduꝫ tn̄ ꝙ sicut in
substantijs generabilibus ⁊ corruptibilib⁹ reperiṫ magis
⁊ minus: sic et in incorruptibilibus repiri hꝫ: cum incorru
ptibiles subē non equaliter distent a p̄mo ente: sꝫ qualiter
hoc sit in aliud tempus apponatur.

Ad pᵐ **Opposita** aūt his nō est difficile soluere. Nā cū di
citur ꝙ si in subā esset magis ⁊ minus
esset in ea motus. dici dꝫ ꝙ accipiṫ ibi magis ⁊ minus pro
prie ꝓut dicit intensionem ⁊ remissionē in esse manente ea
dem forma specifica: quod ōn̄dim⁹ nō cōuenire substātijs.
Ad 2ᵐ ¶ Qꝫ aūt secūdo addebaṫ phm̄ dicere nō cōpetere substā
tijs suscipere magis ⁊ minus. Intelligēdū est proprie: ⁊ vt
respiciunt formam specificam: sed si accipiaṫ magis ⁊ mi
nus large vt respiciunt genus ⁊ analogum substantie cō-
petere possunt. vt dictum est.

¶ Mouetur hec questio. textu cōmē. 8.



Ecundo restat declarare vtrū magis
⁊ min⁹ repiri pꝭit in accidē-
tibus ꝓprie: cū ōn̄sum sit in substantijs repiri
pᵐ solum large sumpta. Et videṫ ꝙ non. Nā sic
arguebamus ſm gradus eēntie ⁊ eē in substā
tijs sic ⁊ in accn̄tibus arguere possumus. si. n. accidentib⁹
competit suscipe magis ⁊ minus: vel hoc erit ſm graduꝫ
essentie vel ſm gradū ipsius esse. ſm gradus essentie non.
Nā cū ſm gradus tales forme sint sicut numeri: non pote
rit esse magis ⁊ minus ſm tales gradus nisi varieṫ species:
sicut non pōt eē magis ⁊ minus ſm vnitates in nūeris nisi
varieṫ spēs numerorꝫ: sed variata spē nō est ꝓprie compa
ratio. ḡ ⁊c. ¶ Amplius nec ſm gradus inesse pōt atten- 2ᵐ
di comparatio talis. esse. n. fluit ab eēntia imediate. Cū er-
go essentia forme manente in eadem specie ſm gradus va
riari nō possit: nec esse quod immediate ab ea fluit talē va
riationeꝫ suscipere poterit. ¶ Amplius q̄n aliquid fluit a 3ᵐ
duobus ab vno p̄ncipaliṫ ab alio ex ꝯn̄ti. vr̄ ꝙ si dꝫ esse va
riatio in effectu debeat esse variatio in cā p̄ncipali. ipsius
aūt esse p̄ncipalis causa est forma. si ergo manet eadē for-
ma non variata manebit ⁊ idem esse.

Notandum ergo ꝙ sicut virt⁹ cōparaṫ ad age-
re sic forma cōparaṫ ad esse. sicut
ergo vna ⁊ eadeꝫ virt⁹ ſꝫ maiorē ⁊ minorē dispōnē passiui
magis ⁊ minus agit: vel est rō ꝙ passum magis ⁊ minus
transmuteṫ. sic vna ⁊ eadē forma ſm maiorem ⁊ minoreꝫ
dispōnem māe dat magis ⁊ minus esse. videm⁹. n. ꝙ calor
est q̄dam v̄tus actiua: ⁊ est rō agendi ⁊ est q̄dam forma: ⁊
est rō essendi: vt. n. ꝯparaṫ ad passum ⁊ ad calefactibile ex-
terius rō agēdi: sed vt cōparaṫ ad subm̄. ⁊ ad mām in q̄ ē:
est ratio essendi. sic ḡ vnus ⁊ idem calor si inueniat calefa
ctibile exteri⁹ magis ⁊ min⁹ dispositū est ratio quare ma-
gis ⁊ minus calefiat: sic si inueniat subiectuꝫ in quo existit
magis ⁊ min⁹ dispositum: reddet ipm̄ magis ⁊ minus ca-
lidum. Ex hoc ēt magis apparet v̄itas q̄ōnis p̄misse. Naꝫ
lꝫ forma sit simplici essentia consistens: tamen vt compaṫ
ad subiectum inueniendo ipsum magis ⁊ minus disposi-
tū dat ei magis ⁊ min⁹ esse: q̄ forma subalis imediate ē ꝑ-
fectio māe: cū mā ipa ſm se est in potētia pura ⁊ ſm ꝙ hꝫ
nō sit magis ⁊ minus disposita: forma subalis non poterit
dare magis ⁊ minus eē: cū ꝑficiat imediate ipaꝫ mām: que
ſm se magis ⁊ minus disposita oīa nō pōt: forma v̄o accn̄
talis q̄ ꝑficit ens in actu ⁊ mām q̄ est sub forma: q̄ sic cō
siderata mā pōt esse magis ⁊ minus disposita: nō est incō-
ueniens eā intendi ⁊ remitti ⁊ dare magis ⁊ minus eē: non
rōne sui ſm se: sed ꝑꝑ maiorē ⁊ minorē dispōnem materie.
¶ Sed si sic dicimus: q̄ credimus bn̄ dcm̄ occurrit nob
grauis dubitatio. Nā si forma ſm se manet simplici eēn- Dubiuꝫ
tia: intēdiṫ aūt ⁊ remittiṫ q̄ꝫ tū ad esse: ꝓut iuenit māꝫ ma
gis ⁊ min⁹ dispositā: cōstat illā dispōneꝫ māe: mediate qua
forma accn̄talis dr̄ intendi ⁊ remitti: nominare aliquā for
mā supadditā māe: q̄ si dicta dispō nullā formaꝫ noiaret:
cū mā ſm se non possit dici magis ⁊ minus disposita: non
possemus saluare intensioneꝫ ⁊ remissionem. Sꝫ tūc q̄ro
de illa forma q̄ reddit mām magis ⁊ minus dispositam:
aut noiat formā accn̄talē aut subalē. Nō āt pōt dici ꝙ no
minet subalē formā: q̄ cū talis forma nō intendaṫ nec re-
mittaṫ: nō poterit reddere mām magis ⁊ minus dispositā:
sed si nominet accn̄talē formaꝫ: vt dicaṫ vna forma acci-
dētalis recipi in mā mediate alia accn̄tali forma. tūc q̄ro
de illa accn̄tali forma mediate q̄ recipiṫ: aut intēdiṫ ⁊ re-
mittaṫ: aut nō: ꝙ si nec intēdiṫ nec remittiṫ: nō poterit red
dere magis ⁊ minus dispositā. si v̄o cōpetit ei intensio ⁊ re-
missio recipieṫ in mā meᵗᵉ alia dispōne: cū intēsio ⁊ remis-
sio respiciant mām dispositaꝫ: ⁊ illa dispō: q̄ opꝫ ꝙ inten-
datur ⁊ remittaṫ recipieṫ mediate alia dispōne. Cuꝫ ergo
non sit intēsio ⁊ remissio in forma: nisi forma alia p̄cedēs
ipsam intendaṫ ⁊ remittaṫ: q̄ in formis nō est abire in infi
nitū. standum est in p̄mis: ⁊ videṫ esse dōm nullā formam
posse intendi vel remitti. Hec aūt vt pateant sciendū: ꝙ lꝫ
possit contingere formā intendi ⁊ remitti: q̄ recipiṫ mediā
te alia forma que intēditur ⁊ remittiṫ: vt si albedo inesset
meᵗᵉ frigido constringēte partes perspicui: intēdi ⁊ remit-
ti posset albedo per intensionem ⁊ remissionem frigidita-
tis magis ⁊ minus cōstringentis dictas partes: non tamē
est hꝫ necessariū. pōt. n. aliq̄ forma intendi ⁊ remitti absq̄ꝫ
eo ꝙ forma alia precedens ipam intendaṫ vel remittaṫ. ⁊
tn̄ nunq̄ꝫ intendiṫ vel remittiṫ forma. nisi q̄ inuenit mām

magis ⁊ minus dispositā. hoc aūt sic est videre: nō. n. est icōueniēs aliqua esse in se distincta formaſr q̄ cōparata ad aliud faciūt mālē distōnē. sicut albū ⁊ nigrū in se formaſr distiguunt: ⁊ tñ respectu visus sunt māles dñe: cū vna virtus sit cognscitiua albi ⁊ nigri: poterit ꝯtingē vnā ⁊ eandē formā recipi in mā mediantibus pluribꝰ formis: ita ꝙ ille forme: lꝫ in se eēnt formaſr disticte: cōparate tñ ad formā q̄ mediātibꝰ illis recipit: mālē hñt distōnem: ⁊ qꝛ forma recepta mediātibus dictis formis posset hr̄e maiorē conueniētiā cū vna q̄ȝ cum alia: qñ reciperet me^{te} forma cum qua magis ꝯ^{it}: diceret inuenire mām magis dispositā: qñ vero mediāte alia iueniret mām minꝰ dispositā: vt si calor reciperet in mā me^{te} humido ⁊ sicco: qꝛ plus ꝯ^{it} calor cū sicco q̄ȝ cū humido: cū sicca possint eē calā i sūmo ⁊ nō hūida: dato ꝙ nec siccitas: nec hūiditas itenderet vel remitteret posset calor intendi ⁊ remitti ꝓut est coniunctus siccitati vel hūiditati. Dupſr ḡ pōt eē itēsio ⁊ remissio in forā accidētali: vel qꝛ talis forā recipit mediātibus pluribꝰ formis: cū q̄rū vna hꝫ maiorē ꝯueniētiā q̄ȝ cū alia. semꝑ ḡ est intēsio ⁊ remissio in forā me^{te} maiori vel minori dispōne māe: nec tamē est ꝓcessus in formis in infinitū. vt pꝫ per hita.

Ad p^m **Opposita** aūt his nō est difficile soluē. nā cū dr̄ si est itēsio ⁊ remissio in forā accn̄tali: vel h̄ est ſm ḡdus in eēntia: vel ſm ḡdus in eē: ⁊ cū arguit eē respicē eēntiā ꝯcedat p^a rō. videlꝫ talē itēsionē vel remissionē nō eē ſm ḡdus in eēntia: cū ois forā q̄tūcūq; accn̄talis possit dici simplici eēntia ꝯsistens: sed h̄ est ſm gradus in eē: ⁊ cū arguit eē respicē eēntiā ⁊ nō esse intēsionē in esse nisi sit itēsio in eēntia. vt pꝫ ꝑ hita eē respicit eēntiā forē: vt hꝫ ordinē ad mām. ḡ eadē eēntia forme poterit dare magis ⁊ minus esse si inueniat mām magis ⁊ minꝰ dispositā.

Ad 2^m ❡ Qꝫ aūt addebat vlterius de effectu ꝓcedēte a duabus cāis rō peccabat in mā assumēdo fſa. Naȝ cū q̄libet cā faciat ad eē effectus: cū de rōne cāe sit ꝙ ad esse eius sequat aliud: per variationē cuiuslibet cāe poterit esse variatio in effectu. Si ḡ eē respicit formā vt hꝫ ordinē ad mām q̄ȝtūcūq; forma sit simplici eēntia ꝯsistēs poterit esse variatio in ipo eē ꝓp variationē māe: vt qa iuenit eā alr ⁊ aliter dispositā: posset etiā aliter dici: qꝛ lꝫ in subalibꝰ eē sit ꝑncipalius a forma q̄ȝ a mā. In accn̄tibus forte est eꝯ. nā cū accn̄tia nō sint entia nisi qꝛ sunt entis: forte eē in talibꝰ est ꝑncipaliꝰ a suba q̄ȝ a forā: sꝫ vtrū h̄ sit veꝝ ⁊ vtrū eē i accn̄tibꝰ ꝑcedat formas accn̄tales: vel eꝯ nō est p̄n̄tis inq̄sitiōis: sꝫ spectat ad pħiam ꝑmā. ad p̄n̄s aūt in tm̄ dcm̄ sit ꝙ vna ⁊ eadē eēntia forme accn̄talis iueniēdo mām magis ⁊ minus dispositaȝ magis ⁊ minus radicat in ipsa ⁊ magis ⁊ minus inest: ⁊ itēdit ⁊ remittit ſm esse quod habet in ea.

❡ Mouet hec qō. Textu cōmē. 19. Qō. XIX.

p^m Cō. 53. 

Ertio restat declarare vtꝝ calm ⁊ frigidū sint forme subales igni ⁊ terre: ⁊ videt ꝙ sic: qꝛ ſm Cōmē. in ꝑmo de anima. Mēbra leonis ⁊ mēbra cerui nō drn̄t nisi: qꝛ aīe differūt. Dn̄a ḡ reꝝ est ex substātialibus formis: vt dn̄a aīalium ex aīabus: alia ꝟo magis esse signa vr̄r distōnis q̄ȝ distiguāt. Cū ḡ pħus in lr̄a absolute lo^{do} noīet dn̄as ignis ⁊ terre calidū ⁊ fridū videt velle p̄dicta ꝑtinē ad subales formas ignis ⁊ terre.

2^m ❡ Ampliꝰ ꝑus nō tollit ꝑ ablationē posterioꝝ. si ḡ calor esset forma accidētalis in igne esset posterior q̄ȝ nā ignis: nō ergo tolletur nā ignis per ablationē caloris ꝙ videmus esse fſm. nō enim manet ignis nisi sit coniunctus calori.

Alexā. **Notandū** ḡ circa hoc fuisse deceptuȝ Alexādꝝ: credidit. n. formā subalē ignis esse calorē. mouebat autē h̄ motiuo. videbat. n. ꝙ in igne nulla erat ꝟtus actiua nisi calor: ⁊ qꝛ qōlibꝫ agēs agēdo assimilat sibi passum: ⁊ ꝑ actōeȝ suā induc̄ suā formā in mām: si in igne nō est virtus actiua nisi calor: ⁊ nō agit nisi calefaciēdo: opꝫ ꝙ ꝑ calorē igniat ⁊ gn̄et ignē in mā. si ergo calor nō esset forma subalis in igne: sequeret hoc icōueniēs: ꝙ ageret vltra suam spēm: qꝛ per virtutē caloris iducere- tur forma subalis: cum tamē calor ponat accn̄talis forma: sed dicē calorē esse formā subalē in igne non est veꝝ: qō q̄druplicit ꝓbari potest.

Calor si ē forᵃ sbstātialis ignis. ❡ Pria rō assignat talis: qa qō est accn̄s in vno nunq̄ȝ est forma subalis in alio. nā ſm pħm ꝑmo physi. Qō vere est nulli accidit. pōt. n. cōtingē quod est accn̄s in se esse eēntiale vt hic. vt color est eēntialis albedini: lꝫ in se sit accn̄s quoddā: sed qō in alio est accidēs eē formā subalē ⁊ veram subam in alio nullo mō pōt ꝯtigē. Calor ḡ qui est accidēs in corporibus mixtis nō poterit eē suba in aliquo elꝫoꝝ: ⁊ maxime cū ignis ⁊ terra ⁊ hmōi elꝫa sint noia subaꝝ. si. n. nominarēt accn̄tia: qꝛ accidētia eēnt eēntialia accn̄tibus: nō videret absurdū qō ē accn̄s in mixtis eē eēntiale in igne: si noie ignis accn̄s nominaret. p^a ratio T. c. 37.

2^a ratio ❡ Scōa rō talis: qꝛ nulla forma subalis est sensibilis lo^{do} ꝺ sensibilibꝰ exterioribꝰ cū taliū sensuū obta sint passibiles q̄litates. vtrū aūt sit aliquis sensus iterior cōprehēdens subales formas sub eē idiuiduali nō est p̄n̄tis speculatiōis: cum ḡ calor per se sentiat a tactu qui iter sensus exteriores computat. forma subalis eē nō poterit.

3° ❡ Ad hoc etiam adduci pōt: qꝛ calor itēdit ⁊ remittitur forma subalis vt oñsuꝫ ē: nec itēsionē: nec remissionē pōt suscipe.

4° ❡ Ulterius ꝟo qꝛ agētia nālia nō sunt sua ꝟtus ⁊ agūt ꝑ aliq̄ȝ ꝟtutē supadditā sue eēntie ⁊ nāe forma subalis i eis erit solum imediatū ꝑn^m eēndi ⁊ nō agēdi. Calor ḡ qꝛ est imediate rō agēdi forma subalis eē nō poterit. Alexāder autē ꝑalogiçabat ꝑ rōnē suam. Nā cum dicebat nullum agēs agē vltra suam spēm verū est lo^{do} ꝑ se ⁊ in ꝟtute propria. Nā cum oē agēs vt est in actu: cum nō sit in actu nisi ꝑ formā. si agēt vltra formā ꝓpriaȝ ageret ꝓut nō est in actu: qō est icōueniēs. In ꝟtute tñ alterius ⁊ vt instrumētū agē aliqd vltra suā ꝟtutē ⁊ vltra suam spēm nō est irrōnabile. sic serra in ꝟtute artis iducit formam arche quā in virtute propria nō posset iducē. si ḡ calor in virtute ꝓpria iduceret formam subalis ignis: ageret vltra suā spēȝ: ⁊ eēt icōueniēs: sed qꝛ omnes qualitates actiue elemētoꝝ sunt istrumēta subaliū formaꝝ exn̄tium in eis: ⁊ multo magis sunt istrumēta ⁊ organa supercelestis corporis: calor nō in ꝟtute ꝓpria: sed in ꝟtute subalis ignis: ⁊ in virtute supercelestis corporis habet iducere formam substātialem.

Ad p^m **Opposita** aūt his nō est difficile soluē. Nā cuȝ dicit dn̄as eē ꝑ forās subales nō ꝑ accn̄tales. dōm est ꝙ ꝑ vtrasq; formas res drn̄t. non. n. ōis differētia facit aliud: sed est q̄dam dn̄a q̄ ſm ꝙ hmōi facit alteratū. Dicit tñ eē dn̄a ꝑ formas subales: ꝑ accn̄tales ꝟo eē magis signū distōnis: nō qꝛ nulla dn̄a sit ꝑ accidētales formas: sed qꝛ ꝑncipalis dn̄a est per subales formas: nō ꝑ accn̄tales: possunt ḡ calm ⁊ fridū dici dn̄tie ignis ⁊ terre absq; eo ꝙ sint dictorum elemētoꝝ subales forme: qdaȝ tñ voluerūt ꝙ ꝑ calm ⁊ fridū vellet pħs circūloq formas ⁊ dn̄as subales ignis ⁊ terre: sed de hoc tāgetur in declarationibus sequētis lectiōis: ad p̄sens autē sufficiat scire calorē ⁊ friditatem esse accn̄tia nō substātias.

Ad 2^m ❡ Qꝫ autem addebat vlteriꝰ ꝙ per ablationē posterioris nō auferet prius: verū est ꝑ se loquēdo: ꝑ accn̄s tñ hoc pōt ꝯtigē. Naȝ si a mā in q̄ est ignis remoueat calor: reddit mā indisposita quo facto ex ꝯn̄ti cedit forma ignis. Ex hoc autē meliꝰ pꝫ solꝰ Alexā. nam sicut ꝑ amotionē caloris remouet forā ignis: nō per se ⁊ directe: sed quasi ex ꝯn̄ti: inquātū reddit mā indisposita ad talem formā: ita calefacere per se ⁊ directe ordinat ad introductionem caloris: sed qꝛ mā calefacta efficit disposita ad susceptionē forme ignis per huiusmodi calefacere potest gn̄ari ignis. Ex q̄ apparet formaȝ

accidentalem nõ esse directe rationem ⁊ pncipium agendi vltra suam spẽm vt conabaꝛ ostẽdere rõ alexandri.

T.c.20. Dicuntur autem hic quidem simpliciť ⁊c. Hic declarãda sunt tria. Primo declarãduʒ est vtrum sit possibile gñationẽ esse. Secundo dato ꝙ sit possibile esse generationẽ: dubitabiꝛ de gñatione simplici: vtrum in substãtijs possit eẽ gñatio simplex. Tertio dato ꝙ in substantijs reperiaꝛ generatio simplex ostendetur vtrum in accidentibus contigat generationem simplicem reperiri.

Mouetur hec qõ. Textu cõmẽ.20. Qõ. XX.

p^m Circa pmum sic pcediꝛ. si contingit generationem esse. ergo potest mã expoliari illa forma ⁊ idui alia. poterit ergo ex aqua fieri aer. tunc arguo. deꝛ instãs in quo vltimo est aqua: ⁊ instãs in quo pͦ est aer: aut est vnum ⁊ idem instãs: aut nõ: nõ potest dici esse idem instãs: qꝛ tũc simul esset aer ⁊ aqua: erit ergo aliud ⁊ aliud instãs: sed inter quelibet duo instãtia cadit me^m tps. ğ erit dare me^m tẽpus in quo mã nec erit sub forma a qua recedit nec sub illa quã iduit. poterit ergo expoliari omni forma: quod est incõueniẽs. Hoc autẽ lʒ sit arg^m valde cõe: h
2^m tamẽ introductũ est: qꝛ cõis solo nõ videꝛ sufficẽ. Amplius si est posis gñatio põt aliqd de nouo gñari: ⁊ si põt aliquid de nouo generari: opʒ ꝙ gñatio incipiat esse: sed omne qõ incipit esse põt dici fcm ⁊ gñatuʒ. si generatio incipet esse gñatio esset genita. ğ gñonis esset gño: qõ est in
3^m cõueniẽs. Amplꝰ gño est pcessus ex nõ esse ad esse. vt i
T.c.8.7 nuit phus.5.physico. Est ergo gñatio media inť esse ⁊ nõ eẽ: qꝛ q̃libet erit media inter suos terminos. si ğ eẽt possibilis gñatio posset eẽ aliquid mediuʒ inter eẽ ⁊ nõ eẽ: quod est incõueniẽs: cum cõtradictoria sint illa: quorum nõ est medium ꝑm se. vt habetur primo posteriorum.

Notandum autem ꝙ gñonem esse duplici via iuestigare possumus. pmo ex parte mãe. 2ͦ ex parte actionum nãlium. mã. n. qꝛ est apta nata perfici per omnes formas: ⁊ nãliter qõlibet appetit suaʒ pfectionẽ: appetit esse mã sub omnibus formis: ⁊ qꝛ nõ potest sub omnibus eẽ simul: appetit successiue eẽ sub illis. si ergo dʒ appetitus mãe compleri opʒ gñonẽ ⁊ corruptiõeʒ
T.c.80. esse. hec autẽ via tangitur circa finẽ pmi physicorum. vbi diciꝛ mãm machinari ad maleficium ppter puationẽ cui est annexa: ⁊ appetit corruptõnẽ: nõ per se. vnũquodqʒ. n. semp appetit nãliꝛ quod melius est: per se ğ mã appetit generationẽ ⁊ eẽ sub forma: p accñs. n. appetit corruptionẽ:
T.c.24 ista etiã via tãgitur.7. metaphy. vbi diciꝛ mãm eẽ id p qõ
⁊.28. res põt eẽ ⁊ nõ eẽ. Scõa via ad inuestigãdum hoc idẽ sumiꝛ ex parte actuum nãlium. agentia. n. nãlia: qꝛ sunt q̃dam deriuatiões pmi agẽtis intẽdunt saluare in rebꝰ participationẽ diuini eẽ. Ideo data est virtus gñatiua rebus: vt qõ nõ possũt saluare in se saluẽt i suo simili: ⁊ quod nõ possũt saluare in eodẽ numero saluẽt in eisdẽ spẽ. vtrũ autem sit alia ratio. q̃re sit data virtus gñatiua vt p has rõnes cõcludaꝛ ppetuitas gñationis nõ est pñtis speculationis. sufficit autẽ ad pñs scire possibile esse gñationem esse. Rursus in hoc ope nõ loquimur vt theologus: ʒ vt expositor pħie. hãc autẽ scõam viam quã tãgimus inuit phy
T.c.34 losophus. 2ͦ de anima. vbi vult omnia appetẽ diuinũ esse: ⁊ qꝛ nihil corruptibilium põt pmanẽ ideʒ numero: innuit gñationem esse datam rebus: vt quod nõ possũt ꝑm idẽtitatem numeralẽ ptiʳᵉ pticipent ꝑm idẽtitatem specificam. hec aũt ratio ⁊ si irrefragabiliter non arguit gñationis ppetuitatem: qꝛ falsa per rõnes insolubiles ostendi non valent: generationis autẽ possibilitatem sufficienter arguit: ⁊ hoc sufficit ad propositum ostendẽdum.

Opposita aũt his quãdã difficultatẽ hñt. Cuʒ. n. p^m
drꝛ si ex aq̈ fit aer deꝛ instans in quo est
vltimo aq̈: ⁊ instãs in quo est pmo aer. inuit pħus.8. phy T.c.6
sicorum: ꝙ nõ est dãdũ instãs in q̃ res corrupta est: qꝛ vltimo est verum dicẽ eam eẽ: sed est dãdum istans in quo primo est res gñata. si. n. ex aq̈ fit aer p totũ tps corruptionis debemus dicẽ ꝙ est aqua: ⁊ in istanti qõ copulaꝛ ad illud tpꝰ debemus dicẽ ꝙ est aer: ⁊ qꝛ inť tẽpus ⁊ instans nõ est aliquid medium: ideo nõ est dare tẽpus medium: in q̃ nec sit aqua: nec sit aer. Ista aũt solo: lʒ vera sit: multuʒ tñ
hʒ calũniã. Nã ꝑm pħm.4. physico. tẽpus mensurat mo T.c.96.
tũ nũc vero mẽsurat mobile. est. n. vnũ nũc in toto tpe. sicẽ vnũ mobile in toto motu. Cũ ğ aq̈ tẽdit ad corruptionẽ: aq̈ se hʒ in rõne mobilis: ipm aũt corrũpi ⁊ alterari se hʒ i rõne motus: aq̈ ğ dũ moueꝛ ad corruptionẽ mensurabiꝛ nũc tpis: motus ṽo ille quo ad corruptionẽ vadit: mensurabiꝛ tẽpore: ⁊ qꝛ nõ est absoluẽ rem a ppria mẽsura: quãdiu durabit aqua: tãdiu est dare nũc ⁊ istãs q̃ mẽsurabiꝛ. Dandum est ergo nũc in quo veruʒ est dicẽ ꝙ est vltimo aqua. vlterius dicẽ ꝙ per totuʒ tẽpus est aqua ⁊ in instãti ad quod copulaꝛ illud tempus incipit eẽ aer: est non distinguẽ inter mensuram motus ⁊ mobilis: ⁊ est considerare ea que sunt per accñs: qꝛ cõsideraꝛ ac si mobile vt ppriam mensuram respiceret tẽpus: Cum habitum sit ipsum mẽsurari ipso nũc: siue ipso instãti tẽporis. Sciendum
ergo nõ esse nostre intẽtionis ad pñs hanc questionẽ radi Nõ pul
citus inquirere: qꝛ transcẽderet susceptum negocium: ta chrã so
mẽ vt spectat ad ppositum: motui debeꝛ duplex duratio. lutionẽ.
vna intrĩseca ⁊ alia extrinseca. duratio extrinseca est ipm
tps. ⁊ qꝛ h duratio nõ depẽdet ex ipis motibus mẽsuratis. Motui
Ideo manẽs vna mẽsurat omnes motus: ⁊ est vnum tps debeꝛ du
mẽsura omnium tẽporalium. sicut qꝛ vlna est mẽsura ex plex du
trĩseca respectu pãnorũ: posset vna vlna mẽsurare omnes ratio.
pãnos: sed pter hanc durationẽ extrinsecam competit ipsis motibus mensuratis quedam duratio ĩtrinseca. sicut pter quãtitatem vlne que est extrĩseca quãtitas pãni. Cui applicata quãtitas vlne mensurat pãnuʒ: pãnus ab vlna mẽsurari nõ posset. sic nisi esset duratio ⁊ successio intrinseca cuilibet motui: que relata ad tempus mẽsuratur ab eo: motus a tẽpore mẽsurari nõ posset: ⁊ qꝛ ille durationes sunt ĩtrinsece ipis motibus particularibus. Ideo dõm est de eis. sicut dicimus de ipsis motibus. opʒ ğ has durationes intrĩsecas esse plures ⁊ eẽ intercisas. sicut motus particulares sunt plures ⁊ intercisi. tẽpus aũt ꝙ fundaꝛ in primo motu est vnũ ⁊ continuũ. sicut motus pmus est vnus ⁊ cõtinuus: ⁊ qꝛ in magnitudine cõtinua nõ est dare duo indiuisibilia: inter que nõ cadit magnitudo media: in magnitudine autẽ intercisa est dare duo idiuisibilia sine magnitudine media vt si due linee ĩtercise cõtiguenꝛ: erũt ibi duo pũcta sine linea media. In tẽpore ğ qꝛ est vnũ ⁊ cõtinuũ nõ est dare duo instãtia sine tpe medio: sed in alijs durationibus intercisis est dare duo instãtia sine duratiõe media. Cũ. n. ex aq̈ fit aer est aliq̈ duratio ĩtrinseca ipsi aq̈: ⁊ aliq̈ duratio intrĩseca ipsi aeri: ⁊ ille due durationes nõ pꝑe cõtinuanꝛ: sed cõtiguanꝛ ⁊ cõparanꝛ ad tẽpus. sicut si due linee ĩtercise applicarenꝛ vni linee cõtinue. Cũ ğ q̃ris vtruʒ sit dare instãs in quo vltimo est aq̈. si ex q̃ fiat aer. si q̃ris de instãti duratiõis intrinsece sic. si ṽo de instãti tpis nõ: ⁊ qꝛ durationes extrinsece nõ sunt cõtinue: ⁊ lʒ sit dare ꝑm talem durationẽ instãs in quo vltimo est aqua: ⁊ instans in quo pmo est aer: nõ est tñ dare durationẽ mediã: in qua nec sit aqua: nec sit aer. vera ğ erat solutio pħi. Et ratio in cõtrarium aliquã veritatẽ cõcludebat: cõcludẽdo vnum eẽ instãs in quo vltimo est aqua: sed nõ opʒ hoc instãs eẽ temporis instãs: sed instãs ipsius duratiõis intrĩsece. vtrũ hec duratio ĩtrinseca cuilibet motui mensurato possit dici qñ:

ita q sicut quilibet motus habet esse ex ordine quē habz ad motum pmum: ita quelibet duratio cuiuslibet motus relinquatur ex adiacētia tēporis. quod fundatur in motu primo: et sic ipsum quādo quod ex tali adiacētia relinquetur: et vtrum sit vnum quādo omnium quādo datum. sicut est vnum tēpus oium tēporalium: et vtrum sic accipiātur instātia in ipso quādo. sicut accipiunt in tēpore nō est pñtis speculatiōis. ad pñs autē in tm̄ dcm̄ est q p iā dicta hēri potest solutio rationis ptacte.

Ad 2m ¶ Q3 autē secūdo addebatur q si gñatio inciperet esse: generatio gñaretur. ergo nihil pōt generari de nouo: qz si genitum incipit eē: opz q gñatio esse incipiat. dici potest q nō quicquid incipit esse est ppie genitū: nisi forte genitū acciperemus large: nec valet ratio facta arguendi. generatio terminātur ad eē. ergo quicqd accipit esse: accipit esse p generationē. Nam tactus et motus quātūcunqz incipiat esse post non esse: sunt tamē ingenita: qz nō accipiūt eē per generatiōez. sic et generatio est ingenita: qz non accipit esse per generationem. potest ergo dici q solum compositam habet esse per se: ppie etiam generaf et accipit esse per gñationem et nō alia.

Ad 3m ¶ Q3 autem addebaf tertio generationē esse medium iter esse et non eē. ergo est media inter extrema contradictionis: dici debet gñationē non eē mediam inter eē et nō esse simplicit: sed inter eē et nō esse actu: et sic acceptuz esse et nō eē nō sunt contradictoria: sed habēt mediuz ens in potētia: quod incipit a nō esse in actu: et terminaf ad eē in actu: vel possumus dicere q sicut materia nūq absoluitur simpliciter ab omni esse. sic nunq est generatio: nec aliquis motus qui non sit coniunctus alicui actui. Nō refert autem vt spectat ad propositum: vtrum hoc sit per se vel per accidens. verbi gratia. si ex aqua debet fieri aer generatio incipit a nō aere et terminaf ad aerem: sed non aer a quo incipit generatio habet esse coniunctū alicui actui. pōtur enim id nō aer esse aqua.

¶ Mouef hec qstio. Textu cōmē. 20. Q. ō. XXI.

pmū 
